



42607

42607

4







Johnnes franciscus Leubens presbiter

Reg 42607

PROPRIUM SANCTORUM

ECCLESIAE METROPOLITANAE

A C


DIOECESIS ALBIENSIS.

Juxtà Ritum Breviarii & Missalis Romani.

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI DOM. D.

CAROLI LE GOUX DE LA BERCHERE,


Archiepiscopi & Domini Albiensis
authoritate editum.



ALBIÆ,

E TYPOGRAPHIA PEKIANA.

M. DCC LIII.



CAROLUS
 LE GOUX DE LA BERCHERE,
 MISERATIONE DIVINA
 & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ,
 ARCHIEPISCOPUS ET DOMINUS
 ALBIENSIS:
 REGIAB OMNIBUS CONSILIIS.

Clero Diœcesis nostræ Albienfis,
 Salutem & Benedictionem.

DI V I N I cultus augendi fla-
 grans desiderium ; Ecclesiae no-
 stræ Metropolitanæ splendor ; &
 quæ in ea peragitur sacræ Psal-
 modiæ majestas , copioso Mini-
 strorum numero , magnificæ structuræ , præ-
 tiosaque supellecili respondens , ad Officia
 Sanctorum præfatæ nostræ Ecclesiae , totique
 nostræ Diœcensi propria recensenda dudum ani-
 mum nostrum induxerant.

Hoc in opere multis è venerabili nostro Ca-
 pitulo , aliisque de Clero viris , pietate , scien-
 tiâque præstantibus , Nobiscum & à Nobis
 ad id munus adscitis , summo cum studio plus-
 rimum temporis insumpsimus : ac incæptum
 tandem absolvimus .

Quod ut felicius aggredieremur, exaratos
manu Libros, quos benè multos Ecclesiæ no-
stræ locuples asservat penū; ac emendatores
Ecclesiasticorum authorum editiones; eorum
præsertim è quibus veterum Officiorum lectiones
desumptæ fuerant, accuratè lustravimus.

Pari diligentia quidquid in novis hujus
Proprii nostri lectionibus proponitur, examini
subditum est; né quid in eas adversus historiæ
fidem irreperet: Provisumque fuit ut inter
genuina luculentioraque Patrum opera Sermo-
nes ac Homiliæ seligerentur.

Insignium Officia Sanctorum jampridem
usitata, sed quibusdam abhinc annis inter-
rupta, restituenda curavimus: iis quoque
nova quædam duximus adjungenda; utpotè
Albiensi Liturgiæ (quæ à Romano Ritu non
dissidet) maximè convenientia; Officia scilicet
plurimorum Sanctorum quos mater Ec-
clesia Virgini Martyriique Cæciliae dicata, aliæ
que nostræ Diæcessis Ecclesiæ; nec non & Ca-
thedrales, quæ nostræ Metropoli suffragantur,
Patronos agnoscent. Sicque prædictarum Ec-
clesiarum confessatio sanctius & solidius
astringetur; dum communibus honore votis
que Sanctos suos Albiensis Diæcessis & Pro-
vincia prosequentur.

Verum, ut ex labore nostro, fructum quem
intendimus Clerici nostri percipient, omnes

ac singulos quibus Horarum Canonicarum pensum impositum est, monitos volumus; quatenus cum animi simili & corporis affectione debitâ partes adeò sanctas implere satagant: nempe, Charitate fraternitatis invicem diligentes; sollicitudine non pigri, spiritu ferventes; Domino servientes; spe gaudentes; orationi instantes, ut ait Apostolus: Attentionem, vigilantiam, assiduitatem, omnem demum sedulitatem in laudibus Domino persolvendis adhibere non desinant. Eloquia sacra meditentur quæ recitant: reverantur quæ pronunciant. Angelico se munere defungi reputent; idque se jam in el. 12. terra præstare cœpisse quod in perpetuas aeternitates Beati peragere gaudebunt in cœlis.

Quam bonus sit Dominus animæ quârent illum, agnoscant & gustent: quamque in timo sensu summo Deo debeant adhærere, cuius consolationes fidelium animas latiflicant, dum ipsius magnitudinem, mirabilia, misericordias & gloriam enarrant. Meminerint etiam, cum sanctorum acta vel scripta perlegunt, eorum vestigiis insistere, exempla imitari, doctrinam assequi, suffragia promereri. Sibi denique, & universæ plebi christiane, interiori pietate, ac spectabili modestâ proficere contendant.

Itaque, ne diutius suscepti consilii pro-

trahatur executio , præsentî nostrâ sanctione
 Statuimus & ordinamus , quod Albiense Pro-
 prium à Nobis dispositum , atque nunc in
 lucem editum , Ecclisia nostra Metropolitana ,
 Ecclesiæ Abbatiales , Collegiatæ , Parochiales ,
 ac omnes alia quas Diœcesis nostra complecti-
 tur , Clerici quoque qui ad recitandas Horas
 Canonicas ex Ordine vel Beneficio tenentur ,
 im posterum sequentur ; eique sua conforma-
 bunt Officia . Quod ut quamprimum perfic-
 cere studeant , adhortamur : Diemque vige-
 simam secundam mensis Novembris proximè
 futuri , quæ Divæ Cæciliæ festivitate reful-
 get , terminum hanc ulterius producendum
 assignamus . DATUM Albiæ in Palatio no-
 stro Archiepiscopali , anno Domini millesimo
 septingentesimo tertio , die vero vigesima
 quintâ mensis Julii .

 CAROLVS , Archiepiscopus Albienensis .

De mandato præfati Illustrissimi
 ac Reverendissimi Domini D. mei.
 LANGLOIS.

ADDENDA.

Pagina 109. In festo primæ Inventionis sanctæ Cæciliæ. Secreta & Postcommunio pro sanctis Urbano & Sociis, desumuntur ex Missa SS. Marci & Marcelliani (mutatis nominibus) 18. Junii.

Pagina 197. Pro sancto Victore. Oratio *Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui.*

Pagina 202. In festo sanctæ Sigolenæ. In Missa dicitur *Credo* in Ecclesia Metropolitana tantum.

Pagina 207. In festo translationis Reliquiarum sanctæ Cæciliæ. Evangelium : *Nihil est opertum.* de communi unius Martyris non Pontificis. Dicitur *Credo.* Secreta & Postcommunio pro SS. Urbano & Sociis, ex prædicta Missa SS. Marci & Marcelliani.

Pag. 235. In festo sanctæ Charissimæ. In Missa dicitur *Credo* in Ecclesia Metropolitana tantum.

Pagina 266. In festo secundæ Inventionis sanctæ Cæciliæ. Evangelium : *Nihil est opertum.* Dicitur *Credo.* Secreta & Postcommunio pro SS. Urbano & Sociis, ex prædicta Missa SS. Marci & Marcelliani.

Ibidem. Pro sancto Leontio Lectio ix. desumpta est ex Gregorio Turonensi, & aliis.

Pagina 275. In festo Translationis sancti Vincentii : Lectiones secundi Nocturni desumptæ sunt ex Aimoyno Monacho.

Pagina 304. In Missa , pro Vigilia sanctæ Cæciliæ. Secunda Oratio , de Sancta Maria : *Concede nos.* Tertia Oratio , contra persecutores Ecclesiæ : *Ecclesiæ tuae. vel pro Papa , Deus omnium fidelium.*



CALENDARIUM.

NOVEMBER.

22. **S**anctæ Cæciliæ Virginis & Martyris, Ecclesiæ Metropolitanæ & totius Diœcesis Patronæ. Dup. primæ classis. Cum octava.
23. Clementis Papæ & Martyris. Semiduplex. Com. oct. & s. Felicitatis.
24. De octava. Semid. Com. S. Chrisogoni. m.
25. Catharinæ Virg. & Mart. Dup. Com. oct.
26. De octava. Semid. Comm. s. Petri Alexandrini Episcopi & Mart.
27. Angelorum Protectorum Diœcesis, & Provinciæ Albienfis. Duplex. Com. oct.
28. De octava. Semid.
29. Octava s. Cæciliæ. Duplex. Comm. vigiliæ s. Andreæ, ac s. Saturnini m.

DECEMBER.

1. **E**ligii Episcopi. Semid. Com. S. Saturnini Episcopi Tolosani & Martyris.
9. Eulaliæ Virg. & Mart. Semid. Com. oct. Concep. & s. Valeriæ Virg. & Mart.
10. Helenæ Imperatricis. Semid. Com. octavæ, ac s. Melchiadis Papæ & m.
12. Diogeniani Episc. Albienfis. Dup. Com. oct.
14. Desiderii Episcopi Cadurcensis. Semid. Comm. octavæ Conceptionis.
16. Lazari à Christo suscitati. Semid.

JANUARIUS.

16. **M**arcelli Papæ & Mart. Semid. Com. s. Genovefæ Virg.

21. Agnetis Virg. & M. Dup. Com. S. Fructuofi
Episcopi & Mart.
25. Conversio S. Pauli. Dup. Majus. Comm. S.
Præjecti , Episcopi & Mart.
28. Karoli Magni Confessoris, Regis Francor.
& primi Imperatoris Occidentis. Semid.
comin. S. Agnetis secundò.

FEBRUARIUS.

3. **B** Lasii Episcopi & M. Semid.
10. **B** Prima Inventio S. Cæciliæ Virg. & M.
& focior. Duplex. Com. s. Scolasticæ virg.
16. Theodefridi Episcopi Albiensis. Semidup.

MARTIUS.

5. **L** Ucii Papæ & M. Semidup.
14. **L** Apparitio S. Crucis. Duplex.
28. Liberati , Jucundi , Columbæ & Floren-
tianæ MM. Semidup.

APRILIS.

1. **M** Ariæ Ægyptiæ. Semidup.
14. **M** Tiburtii , Valeriani & Maximi MM.
Duplex.
23. Dedicatio Basilicæ Albiensis. Duplex primæ
class. cum octava.
24. Georgii Martyris. Semidup. Comm. octavæ,
& s. Roberti Abbatis.
25. Marci Evangelistæ. Duplex.
26. Cleti & Marcellini Pontificum & Mart.
Semidup. Comm. oct.
27. De Octava.
28. De Octava. Comm. s. Vitalis.

29. Petri Mart. Duplex. Comm. octavæ.
30. Octava Dedicationis. Duplex.

MAIUS.

1. **P**hilippi & Jacobi Apostol. Dupl. Com.
s. Sigismundi Burgundiaæ Regis , Mart.
2. Athanasii. Comm. s. Orientii Episcopi.
3. Inventio S. Crucis. Duplex 2. classis , cum
octava. Comm. ss. Alexandri , Eventii , &
Theoduli MM. ac Juvenalis Ep. & Conf.
4. Monicæ viduæ. Semidup. Comm. octavæ.
5. Eutropii Episc. & Mart. Semid. Com. oct.
6. Joannis ante portam Latin. Dup. Com. oct.
7. Stanislai Ep. & Mart. Semid. Com. oct.
8. Apparitio S. Michaëlis Archangeli. Duplex.
Comm. octavæ.
9. Gregorii Nazianzeni Episcopi. Duplex.
Comm. octavæ.
10. Octava S. Crucis. Duplex. Comm. ss. Gor-
diani & Epimachi MM.
11. Africani Episc. & Conf. Semidup. Com. s.
Pontii Episc. & M.
13. Catharinæ Senensis Virg. Duplex.
14. Paschalis Papæ & Conf. Semidup. Com.
s. Bonifacii M.
19. Petri Cælestini Papæ & Conf. Dupl. Com.
S. Ivonis Conf.
20. Bernardini Senensis Conf. Semidupl. Com.
s. Pudentianæ Virginis.
25. Urbani Papæ & Mart. Duplex. Comm. s.
Quiteriæ Virginis & Mart.

27. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg. Semidup.
Comm. s. Joannis Papæ & Mart.

JUNIUS.

1. **C** Lari Protopræfulis Albiensis & Mart.
Duplex majus.
6. Norberti Ep. Dupl. Comm. s. Claudii Ep.
8. Medardi Episc. Semiduplex.
16. Cyrici & Julittæ MM. Semiduplex.

JULIUS.

3. **O** Ctava Apostolorum Petri & Pauli.
Comm. s. Anatolii Episcopi.
4. Martialis Episc. Semiduplex. Comm. octavæ.
5. Mariæ Jacobi, & Salome. Semid. Com. oct.
20. Margaritæ Virg. & Mart. Semiduplex.
21. Praxedis Virg. Semid. Com. s. Victoris M.
24. Sigolenæ viduæ. Duplex majus. Com. vigil.
s. Jacobi, ac s. Christinæ Virg. & Mart.
27. Christophori M. Sem. Com. s. Pantaleon. M.

AUGUSTUS.

3. **I** Nventio s. Stephani Protomartyris. Dupl.
7. **I** Translatio Reliq. s. Cæciliæ. Dup. Com.
Translationis ss. Urbani & sociorum MM.
ac s. Donati Episcopi & mart.
9. Cajetani Conf. Duplex. Comm. vigiliæ s.
Laurentii, & s. Romani.
13. Radegundis Reginæ Franciæ. Semid. Com.
oct. ac ss. Hippoliti & Cassiani MM.
16. Rochi Conf. Dup. Com. oct. Ass. & s. Laur.
18. Hyacinthi Conf. Duplex. Com. octavæ Ass.
ac s. Agapiti M.

19. Ludovici Episcopi. Semiduplex. Com. oct.
21. Privati Mimatensis Ep. & M. Dup. Com. oct.
25. Ludovici Francorum Regis Conf. Duplex.
Comm. s. Genesii M.
30. Juliani M. Semiduplex. Comm. ss. Felicis
& Adaucti MM.

SEPTEMBER.

1. **A**gidii Abbatis. Duplex. Comm. SS.
duodecim Fratrum MM.
2. Stephani Hungarorum Regis. Conf. Semid.
Comm. S. Antonini M.
3. Lupi Episcopi. Semid.
6. Eugenii Episcopi & Martyris. Dup. Majus.
7. Charissimæ Virginis. Duplex Majus.
10. Salvii Episcopi Albiensis. Duplex Majus.
Comm. Octavæ Nativitatis B. M. V.
11. Nicolai Tolentini Conf. Duplex. Comm.
Oct. ac SS. Proti & Hiacinthi MM.
13. Mammetis. M. Semid. Comm. Oct.
18. Thomæ de Villanova Episcopi. Semiduplex.
Comm. S. Ferreoli M.
22. Susceptio Reliquiarum sancti Clari. Duplex.
Comm. SS. Mauritii, & sociorum MM.

OCTOBER.


2. **T**ranslatio Reliquiarum ss. Eugenii,
Vindemialis, Longini, Amarandi MM.
& Charissimæ Virginis. Duplex. Comm.
s. Leodegarii Episcopi & M.
3. Angelorum Custodum. Duplex.
5. Fidis Virginis & M. Semiduplex. Comm.

- ss. Placidi & sociorum MM.
 8. Elevatio Corporis s. Salvii Ep. Albien. Sem.
 9. Dionysii & sociorum MM. Semid. Comm.
 s. Exuperiae Virg. & Mart.
 11. Birgittæ viduæ. Semiduplex.
 13. Eduardi Regis Angliæ , Confess. Semid.
 Commemorat. s. Geraldii Abbatis.
 16. Secunda Inventio Reliquiarum s. Cæciliæ.
 Duplex. Comm. s. Leoncii Episcopi.
 20. Caprasii Martyris Semiduplex.
 21. Ursulæ , Cletæ , Amabiliæ , & Crescentiæ
 Virginum & MM. Duplex. Comm. s. Hilarionis Abbatis , & sociarum s. Ursulæ MM.
 25. Chrysanti & Dariæ MM. Semiduplex. Com.
 ss. Crispini & Crispiniani MM.
 27. Transl. s. Vincentii. Duplex. Comm. vigiliae
 ss. Simonis & Judæ.

NOVEMBER.

5. **M**artianæ Virginis. Duplex majus. Com.
 oct. Omnium sanctorum.
 6. Sanctorum Patron. Dicec. & Provinciæ Alb.
 Duplex. Comm. oct. & s. Leonardi Conf.
 7. Amarandi M. Duplex majus. Comm. oct. &
 s. Quintini M.
 10. Amantii Episcopi Ruthenensis. Semiduplex.
 Comm. ss. Triphonis & sociorum MM.
 13. Dalmatii Episcopi Ruthenensis. Semiduplex.
 14. Didaci Confessoris. Semiduplex.
 21. Præsentatio B. M. V. Duplex. Com. vigiliae
 s. Cæciliæ.

DIE



DIE XXII. NOVEMBRIS.

I N F E S T O
S A N C T Æ C Æ C I L I Æ
VIRGINIS ET MARTYRIS,
ECCLESIAE METROPOLITANÆ
ALBIENSIS,
ET TOTIUS DIŒCESIS PATRONÆ.

A D V E S P E R A S

Antiphona. ut non confundar.



ANTAN-
TIBUS Or-
ganis, Cæ-
cilia domi-
no decanta-
bat, dicens : Fiat cor
meum immaculatum ,

Psalmus 109.
Dixit Dominus
Dominomeo : *
sede à dextris meis :
Donec ponam inimi-
cos tuos , * scabellum
pedum tuorum.

A

Virgam virtutis tuæ
emittet Dominus ex
Sion: * dominare in me-
dio inimicorū tuorum.

Tecum principium in
die virtutis tuæ in splen-
doribus Sanctorum : *
ex utero ante luciferum
genui te.

Juravit Dominus, &
non pœnitabit eum : *
tu es Sacerdos in eterñū
secundùm ordinem Mel-
chisedec.

Dominus à dextris
tuis, * confregit in die
iræ suæ Reges.

Judicabit in nationi-
bus, implebit ruinas : *
conquassabit capita in
terra multorum.

De torrente in via
bibet : * propterea
exaltabit caput.

Gloria Patri, &c.

Ant. Cantantibus or-
ganis, Cæcilia Domino
decantabat , dicens :
Fiat cor meum imma-

culatum , ut non con-
fundar.

Ant. Valerianus in
cubiculo Cæciliam cum
Angelo orantē invenit.

Psalmus 112.

Audate pueri Do-
minus : * laudate
nomen Domini.

Sit nomen Domini
benedictum, * ex hoc
nunc , & usque in sæ-
culum.

Asolis ortu usque ad
occasum , & laudabile
nomen Domini.

Excelsum super omnes
gentes Dominus, * &
super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus
Deus noster , qui in al-
tis habitat, * & humilia
respicit in cœlo & in
terra?

Suscitans à terra ino-
pem , * & de stercore
erigens pauperem :

Ut collocet eum cum
principibus, * cum prin-

22 Novem:

cipibus populi sui.

Qui habitare facit
sterilem in domo, * ma-
trem filiorum lætantem.

Gloria Patri, &c.

Ant. Valerianus in cu-
biculo Cæciliam cum
Angelo orantem inven-
nit.

Ant. Cæcilia famula
tua, Domine, quasi
apis tibi argumentosa
deservit.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his
quæ dicta sunt mi-
hi: * in domum Domi-
ni ibimus.

Stantes erant pedes
nostrí, * in atriis tuis
Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædifi-
catur ut civitas: * cuius
participatio ejus in id-
ipsum.

Illuc enim ascen-
derunt tribus, tribus
Domini: * testimonium
Israël, ad confitendum

Sanctæ Cæciliæ.

3

nomini Domini.

Quia illic federunt
sedes in judicio, * sedes
super domum David.

Rogate quæ ad pacem
sunt Jerusalem: * & abu-
dantia diligentibus te:

Fiat pax in virtute
tua: * & abundantia in
turribus tuis.

Propter fratres meos,
& proximos meos, * lo-
quebar pacem de te:

Propter domum Do-
mini Dei nostri, * quæ-
sivi bona tibi.

Gloria Patri, &c.

Ant. Cæcilia famula
tua, Domine, quasi
apis tibi argumentosa
deservit.

Ant. Benedico te Pa-
ter Domini mei Jesu-
Christi, quia per Fi-
lium tuum ignis extin-
ctus est à latere meo.

Psalmus 126.

Nisi Dominus ædi-
ficaverit domū, *

A ij

in vanum laboraverunt
qui ædificant eam.

Nisi Dominus custo-
dierit civitatē, * frustrà
vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante
lucem surgere : * surgite
postquam sederitis, qui
manducatis panem do-
loris.

Cum dederit dilectis
suis somnū : * ecce hæ-
reditas Domini, filii ;
merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu
potentis : * ita filii ex-
cussorum.

Beatus vir, qui imple-
vit desiderium suum ex
ipsis : * non confunde-
tur cum loquetur inimi-
cis suis in porta.

Gloria Patri, &c.

Ant. Benedico te Pa-
ter Domini mei Jesu-
Christi, quia per Fi-
lium tuum ignis extin-
ctus est à latere meo.

Ant Triduanas à Do-

mino poposci inducias,
ut domum meam Eccle-
siam consecrarem.

Psalmus 147.

LAUDA Jerusalem
Dominum : * lau-
da Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit
seras portarum tuarū : *
benedixit filiis tuis in
te.

Qui posuit fines tuos
pacem : * & adipe fru-
menti satiat te.

Qui emittit eloquium
suum terræ : * velociter
currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut
lanam : * nebulam sicut
cinerem spargit.

Mittit crystallum
suam sicut buccellas : *
ante faciem frigoris
ejus quis sustinebit ?

Emittet verbum su-
um, & liquefaciet ea : *
flabit spiritus ejus, &
fluent aquæ.

Qui annunciat ver-

22. Novem.

Sanctæ Cæciliæ.

5

bum suū Jacob : * justi-
tias & judicia sua Israël.

Non fecit taliter om-
ni nationi : * & judicia
sua non manifestavit eis.

Gloria Patri , &c.

Ant. Triduanas à Do-
mino poposci inducias ,
ut domum meam Eccle-
siam consecrarem.

Capitulum. 2. Cor. 10.

Fratres , Qui gloria-
tur , in Domino
glorietur. Non enim
qui seipsum commen-
dat , ille probatus est ;
sed quem Deus com-
mendat .

Hymnus.

FESTIS læta sonent
cantibus organa :
Terris sacra redit Cæ-
ciliæ dies.

Mixtas , Aligeri , cum
citharis lyras

Nostris jungite vo-
cibus.

Vestris illa fuit debita
cœtibus.

Dum terras habitat ,
nobilis æmula ,
Ut vos exprimeret , cor-
poris immemor
Votis altra præoc-
cupat.

Solo digna Deo con-
juge , respuit
Mortales thalamos ; jam
dederat fidem.

Quam divina ligant pa-
cta , quis audeat
Hanc impunè repos-
cere ?

Decantat Domino dul-
ce sonantibus
Doctâ Virgo manu quos
animat tubis :

Purum , ne peream , des
mihi cor Deus ;
Fiat corpus & inte-
grum.

Quid non sanctus a-
mor ! fortiter ambiit
Christo virginem fun-
dere sanguinem :
Obliti meminit tunc
benè corporis ,
Præclaræ sitiens necis.

Vobis, sorte suâ, virgo beatior:

Nam, quâ parte minor,
vos supereminet,

Immortale genus; quæ
potuit mori,

Veri victimæ Nu-
minis.

Da te, summe Pater,
tollere laudibus;

Da te, Christe, sequi,
laurea Virginum;

Per te, divus Amor,
frigida pectora
Puris ignibus ar-
deant. Amen.

R. Specie tuâ, & pul-
chritudine tuâ.

R. Intende, prosperè
procède, & regna.

Ant. ad Magnificat.

Es secretum Valeria-
ne, quod tibi volo di-
cere: Angelum Dei ha-
beo amatorem, qui ni-
mio zelo custodit cor-
pus meum.

**Cantic. B. Virginis
Mariæ. Luc. I.**

Magnificat * ani-
ma mea Dominū.

Et exultavit spiritus
meus * in Deo salutari
meo.

Quia respexit humili-
tatē ancillæ suæ: * ecce
enim ex hoc beatam me
dicent omnes genera-
tiones.

Quia fecit mihi mag-
na qui potens est, * &
sanctuissimum nomen ejus.

Et misericordia ejus à
progenie in progenies
* timentibus eum.

Fecit potentiam in
brachio suo: * dispersit
superbos mente cordis
sui.

Deposuit potentes de
fede, * & exaltavit hu-
miles.

Efurientes implevit
bonis: * & divites di-
misit inanes.

Suscepit Israël pue-

22. Novem.

Sanctæ Cæciliæ.

7

rum suum, * recordatus
misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad
patres nostros, * Abra-
ham, & semini ejus in
sæcula.

Gloria Patri, &c.

Ant. Est secretum
Valeriane, quod tibi
volo dicere: Angelum
Dei habeo amatorem,
qui nimio zelo custodit
corpus meum.

Oratio,

Deus, qui nos an-
nua Beatæ Cæci-
liæ Virginis & Marty-
ris tuæ solemnitate læti-
ficas: da, ut quam vene-
ramur officio, etiam piæ
conversationis sequam-
ur exemplo. Per Do-
minum nostrum, Je-
sum Christum Filium
tuum, qui tecum vivit
& regnat in unitate
Spiritus Sancti Deus,
per omnia sæcula sæ-
culorum. Amen.

Sanctæ Cæciliæ.

AD MATUTINUM,
Invitatorium.

Regem Virginum Do-
minus, * Venite ado-
remus.

Psalmus. 94.



Enite, exul-
temus Do-
mino, jubi-
lemus Deo
salutari nostro: præoc-
cupemus faciem ejus in
confessione, & in Psal-
mis jubilemus ei. Re-
gem Virginum Domi-
num, Venite adoremus.

Quoniam Deus mag-
nus Dominus, & Rex
magnus super omnes
Deos: quoniam non re-
pellet Dominus ple-
bem suam, quia in manu
ejus sunt omnes fines
terræ, & altitudines
montium ipse cōspicit.

Venite adoremus.

Quoniam ipsius est
mare, & ipse fecit illud,

& aridam fundaverunt manus ejus: Venite adoremus, & procidamus a fite Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus, & oves pascuae ejus.

R egem Virginum Dominum, Venite adoremus.

Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurre corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, & vide runt opera mea. **V**enite adoremus.

Q uadraginta annis proximus fui generati oni huic, & dixi, Semper hi errant corde: ipsi verò non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si

introibunt in requiem meam. **R** egem Virginum Dominum, Venite adoremus.

Gloria Patri, &c:
Venite adoremus.

R egem Virginum Dominum, Venite adoremus.

Hymnus.

Castis amoris ignibus Cedant faces libidinis. Mens pasta puro lumine Servire nescit corpori.
Nil juris in me nunc habes, Osponse, virgo dixerat: Qui me sibi junxit prius Totam sibi me vendicat.

Custos pudici corporis, Missus supernis sedibus Quem mox videbis, Aliger, Velut satelles, excubat. **S**i fonte sacro diluas

Nox

22. Novem.

Sanctæ Cæciliæ.

9

Nox cedet ; & menti
novæ

Cælestis accedit dies.

Paret. Salubri tingi-
tur

Lustralis undæ flumine.

Valeriano se addidit

Frater comes Tibur-
tius.

Mox temperato lu-
mine

Se se vidēdum præbuit,
Juxtā latus qui Virginis

Astans latebat Angelus.

Fratres novo qui no-
mine

Se Christianos prædi-
cant,

Hâc sub magistrâ Vir-
gine

Fortes viri discút mori.

Dux virgo facti , jam
suos

Inter triumphat Mar-
tyres :

Instantis & necis suæ ,

Et gloriæ præludia.

Sit laus tibi , Rex Vir-
ginum ;

Sit laus tibi , dux Mar-
tyrum ;

Trahens amore Virgi-
nes ,

Ungens cruento Marty-
res. Amen.

In primo Nocturno.

Ant. Cæcilia Virgo
Almachium superabat ,
Tiburtium & Valeria-
num ad coronas voca-
bat.

Psalmus 8.

D Omine, Dominus
noster , * quām
admirabile est no-
men tuum in univer-
sa terra !

Quoniam elevata est
magnificentia tua * su-
per cælos.

Ex ore infantum &
lactentiū perfecisti lau-
dem propter inimicos
tuos,* ut destruas inimi-
cum & ultorem.

Quoniam videbo cæ-
los tuos , opera digitō-
rum tuorum: * lunam &

B

stellas, quæ tu fundasti.
Quid est homo, quod
memor es ejus? * aut fi-
lius hominis, quoniam
visitas eum?

Minuisti eum paulomi-
nus ab Angelis, gloriâ
& honore coronasti
eum: * & constituisti
eum super opera ma-
nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub
pedibus ejus, * oves &
boves universas, insu-
per & pecora campi;

Volucres cæli, & pis-
ces maris, * qui peram-
bulant semitas maris.

Domine Dominus nos-
ter, * quam admirabile
est nomen tuum in
universa terra!

Gloria Patri, &c.

Ant. Cæcilia Virgo
Almachium superabat,
Tiburtium & Valeria-
num ad coronas voca-
bat.

Ant. Expansis mani-

bus orabat ad Domi-
num, ut eam eriperet
de inimicis.

Psalmus 18.

Cæli enarrant glo-
riam Dei, * & ope-
ra manuum ejus annun-
tiat firmamentum.

Dies diei eruat ver-
bum, * & nox nocti in-
dicat scientiam.

Non sunt loquelæ,
neque sermones, * quo-
rum non audiantur vo-
ces eorum.

In omnem terram exi-
vit sonus eorum: * &
in fines orbis terræ ver-
ba eorum.

In sole posuit taberna-
culum suum: * & ipse
tanquam sponsus pro-
cedens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad
currendam viam, * à
summo cælo egressio
ejus:

Et occursum ejus us-
que ad summum ejus: *

22. Novem.

Sanctæ Cæciliæ.

II

nec est qui se abscondat à calore ejus.

nis parce servo tuo.

Lex Domini immaculata , convertens animas: * testimonium domini fidele , sapientiam præstans parvulis.

Si mei non fuerint dominati , tunc immaculatus ero : * & emundabor à delicto maximo.

Justitiae Domini regæ, lætificantes corda: * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: *

& meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper.

Domine adjutor meus , * & redemptor meus.

Timor Domini sanctus , permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera , justificata in semetipsa.

Gloria Patri , &c.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multùm : * & dulciora super mel & favum.

Ant. Expansis manibus orabat ad Dominum , ut eam eriperet de inimicis.

Etenim servus tuus custodit ea , * in custodiendis illis retributio multa.

Ant. Cilicio Cæcilia membra domabat , Deum gemitibus exorabat.

Delicta quis intelligit ? ab occultis meis munda me : * & ab alienis

Psalmus 23.

DOmini est terra , & plenitudo ejus: * orbis terrarum , & universi , qui habitant in eo.

Quia ipse super mariam fundavit eum : * &

B ij

super flumina præpara-
vit eum.

Quis ascendet in mon-
tem Domini ? * aut
quis stabit in loco san-
cto ejus ?

Innocens manibus &
mundo corde , * qui
non accepit in vano
animam suam , nec ju-
ravit in dolo proximo
suo.

Hic accipiet benedic-
tionem à Domino : *
& misericordiam à Deo
salutari suo.

Hæc est generatio que-
rentium eum , * que-
rentium faciem Dei
Jacob.

Attollite portas prin-
cipes vestras , & eleva-
mini portæ æternales : *
& introïbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex glo-
riæ ? * Dominus for-
tis & potens : Domi-
nus potens in prælio.

Attollite portas prin-

cipes vestras , & eleva-
mini portæ æternales : *

& introïbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex glo-
riæ ? * Dominus virtu-
tum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Cilicio Cæci-
lia membra domabat ,
Deum gemitibus exor-
rabat.

¶. Specie tuâ , & pul-
chritudine tuâ.

¶. Intende prosperè
procede , & regna.

Pater noster. **Secretò.**

Absolutio. Exaudi Do-
mine.

¶. Jube Domne bene-
dicere.

Benedictio. Benedictio-
ne perpetua.

De Epistola prima
beati Pauli Apostoli ad
Corinthios.

Lectio j. Cap. 7.

DE Virginibus
præceptum Dó-
mini non hábeo:

consilium autem do , tanquam misericordiam consecutus à Dómino , ut sim fidélis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instántē necef- sitatē , quóniam bonum est hómini sic esse. Al- ligátus es uxōri ? noli quærere solutiōnē. So- lūtus es ab uxōre ? noli quærere uxōrem. Si autem accéperis uxō- rem , non peccásti. Et si núpserit virgo , non peccávit. Tribulatiō- nem tamen carnis habé- bunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico , fratres : tempus breve est : réli- quum est , ut & qui ha- bent uxōres , tamquam non habéntes sint : & qui flent , tamquam non flentes : & qui gaudent , tamquam non gaudén- tes : & qui emunt , tamquam non possi-

déntes : & qui utuntur hoc mundo , tamquam non utantur : præterit enim figura hujus mun- di.

R. Cantantibus orga- nis Cæcilia Virgo in corde suo soli Domino decantabat, dicēs: * Fiat Domine cor meum , & corpus meum immacu- latum , ut non con- fundar.

P. Biduanis & tridua- nis jejuniis orans , com- mēdabat Domino quod timebat. Fiat.

Benedictio Unigenitus.

Lectio ij.

Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine uxōre est , solitus est quæ Dó- mini sunt , quómodo pláceat Deo. Qui au- tem cum uxōre est , solitus est quæ sunt mundi , quómodo plá- ceat uxōri , & diviſus

est. Et mūlier innupta & Virgo cōgitat quæ Dómini sunt , ut sit sancta cōpore , & spiritu. Quæ autem nupta est , cōgitat quæ sunt mundi , quomodo plāceat viro. Porrò hoc ad utilitatem vestram dico : non ut láqueum vobis injiciam , sed ad id quod honéstum est , & quod facultatem præbeat sine impedimento Dóminum obsecrāndi.

R. O beata Cæcilia , quæ duos fratres convertisti , Almachium judicem superasti , * Urbanum Episcopum in vultu Angelico demonstrasti.

R. Quasi apis argumentosa Domino deservisti. **Urbanum.**

Bened. Spiritus Sancti.

Lectio iii.

Si quis autem turpem se vidéri exif-

timat super Vírgine sua , quod sit superadulta , & ita opörter fieri : quod vult faciat: non peccat , si nubat. Nam qui stātuit in corde suo firmus , non habens necessitatem , potestatem autem habens suæ voluntatis , & hoc judicavit in corde suo , servare Vírginem suam , benè facit. Igitur & qui matrimónio jungit Vírginem suam benè facit : & qui non jungit , mélius facit. Mūlier alligata est legi , quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus , libera est : cui vult nubat ; tantum in Dómino. Beátor autem erit si sic permánserit , secundum meum consilium : puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.

22. Novem.

Sanctæ Cæciliæ.

15

V. Virgo gloria semper Evangelium Christi gerebat in pectore, & non diebus neque noctibus vacabat, *

A colloquiis divinis & oratione.

F. Expansis manibus orabat ad Dominum, & cor ejus igne cælesti ardebat. A colloquiis.

Gloria Patri, &c.

A colloquiis.

In secundo Nocturno.

Ant. Domine Jesu Christe seminator casti consilii, suscipe seminum fructus, quos in Cæcilia seminasti.

Psalmus 44

E Ructavit cor meū verbum bonum : * dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus scribæ, * velociter scribentis.

Speciosus forma præ

filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime.

S pecie tua & pulchritudine tua* intende, prosperè procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam : * & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, * in corda inimicorum Regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem : * propterea unxit te Deus Deus tuus, oleo læ-

titiæ præ consortibus
tuis.

Myrrha , & gutta ,
& casia à vestimentis
tuis , à domibus ebur-
neis : * ex quibus delec-
taverunt te filiæ regum
in honore tuo.

Astitit regina à dex-
tris tuis in vestitu de-
aurato : * circumdata
varietate.

Audi filia , & vide ,
& inclina aurem tuam : *
& obliviscere popu-
lum tuum , & domum
patris tui.

Et concupiscet Rex
decorem tuum : * quo-
niam ipse est Dominus
Deus tuus , & adora-
bunt eum.

Et filiæ Tyri in mu-
neribus * vultum tuum
deprecabuntur , omnes
divites plebis.

Omnis gloria ejus fi-
liæ Regis ab intus , * in
fimbriis aureis circum-

amicta varietatibus.

Adducentur Regi vir-
gines post eam : * pro-
ximæ ejus afferentur
tibi.

Afferentur in lætitia
& exultatione : * ad-
ducentur in templum
Regis.

Pro patribus tuis na-
ti sunt tibi filii : * con-
stitues eos principes su-
per omnem terram.

Memores erunt nomi-
nis tui * in omni ge-
neratione , & genera-
tionem.

Propterea populi con-
fitebuntur tibi in æter-
num : * & in sæculum
sæculi.

Gloria Patri , &c.

Ant. Domine Jesu-
Christe , seminator casti
consilii , suscipe semi-
num fructus , quos in
Cæcilia seminasti.

Ant. Beata Cæcilia
dixit ad Tiburtium :
Hodie

Hodie te fateor meum suam, mota est terra.
cognatum, quia amor D omnis virtutum no-
Dei te fecit esse con- bism : * susceptor
temptorem idolorum. noster Deus Jacob.

Psalmus 45.

Deus noster refu- gium & virtus : * adjutor in tribulatio- nibus, quæ invenerunt nos nimis.

P ropterea non timebi- mus, dum turbabitur terra : * & transferentur montes in cor maris.

S onuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

F luminis impetus læ- tificat civitatem Dei : * sanctificavit tabernacu- lum suum Altissimus.

D eus, in medio ejus, non commovebitur : * adjuvabit eam Deus manè diluculo.

C onturbatæ sunt gen- tes, & inclinata sunt regna : * dedit vocem

D omnis virtutum no- bism : * susceptor noster Deus Jacob.

V enite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram : * auferens bel- la usque ad finem terræ.

A rcum cōteret, & con- fringet arma : * & scu- ta comburet igni.

V acate, & videte quo- niā ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

D omnis virtutum no- bism : * susceptor noster Deus Jacob.

G loria Patri, &c.

Antiph. Beata Cæcilia dixit ad Tiburtium : Hodie te fateor meum cognatum, quia amor Dei te fecit esse con- temptorem idolorum.

Antiph. Fiat Domine cor meum & corpus meum immaculatum,

ut non confundar.

Psalmus 47.

M Agnus Domi-
nus , & lauda-
bilis nimis : * in civita-
te Dei nostri, in mon-
te sancto ejus.

Fundatur exultatione
universæ terræ mons Si-
on : * latera Aquilo-
nis , civitas Regis ma-
gni.

Deus in domibus ejus
cognoscetur , * cùm
fuscipiet eam.

Quoniam ecce Reges
terræ congregati sunt : *
convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati
sunt , conturbati
sunt , commoti sunt : *
tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturi-
entis , * in spiritu ye-
hementi conteres naves
Tharsis.

Sicut audivimus , sic
vidimus in civitate Do-
mini virtutum , in ci-

vitate Dei nostri: * Deus
fundavit eam in æter-
num.

Suscepimus Deus mi-
sericordiam tuam , * in
medio templi tui.

Secundūm nomen tuū
Deus , sic & laus tua in
fines terræ : * justitia
plena est dextera tua.
Lætetur mons Sion ,
& exultent filiæ Judæ: *
propter judicia tua Do-
mine.

Circumdate Sion , &
complectimini eam : *
narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in
virtute ejus : * & dis-
tribuite domos ejus , ut
enarretis in progenie al-
tera.

Quoniam hic est Deus,
Deus noster in æter-
num , & in sæculum
sæculi : * ipse reget nos
in sæcula.

Gloria Patri &c.

Ant. Fiat Domine ,

cor meum & corpus
meum immaculatum ,
ut non confundar.

V. Adjuvabit eam Deus
vultu suo.

R. Deus in medio ejus ,
non commovebitur.

P ater noster. **Secretò.**

Absolut. Ipsius pietas.

Benedict. Deus Pater.

Lectione iv.

 **ÆCILIA,**
Virgo Ro-
mâna , nó-
bili génere
nata , à prima ætate
Chrïstianæ fidei præ-
céptis instituta , virgi-
nitátem suam Deo vo-
vit. Sed cùm póstea
côtra suam voluntátem
data esset in matrimó-
nium Valeriáno , primâ
nuptiarum nocte hunc
cum eo sermonem há-
buit : Ego , Valeriáne ,
in Angeli tutéla sum ,
qui virginitátem meam
custódit : quare ne quid

in me committas , quo
ira Dei in te concité-
tur. Quibus verbis com-
motus Valérianus , il-
lam attíngere non est
ausus : quin étiam ád-
didit , se in Christum
creditûrum , si eum An-
gelum vidéret. Cui Cæ-
cilia , cùm sine baptis-
mo negáret id fieri pos-
se , incénsus cupiditâ-
te vidéndi Angelum ,
se baptizári velle res-
pondit. Quare hortâtu
Virginis ad Urbânum
Papam , qui propter per-
secutiōnem in Márti-
rum sepúlchris viâ Ap-
piâ latébat , véniens , ab
eo baptizâtur.

R. Cilicio Cæcilia
membra domábat , Deū
gemítibus exorabat : *
Tibúrtium & Valérianū
ad corónas vocabat.

V. Hæc est Virgo sá-
piens , & una de numero
prudentum. Tiburtium.

C ij

Bened. Christus perpet.

Lectio v.

INde ad Cæciliam revérsus , orántem , & cum ea Angelum di- vino splendore fulgén- tem invénit. Quo as- péctu obstupefáctus , ut primùm ex timore con- firmátus est , Tiburtium fratrem suum accérfit : qui à Cæcilia Christi fide imbûtus , & ab eô- dem Urbáno baptizâ- tus , ipse étiam ejusdem Angeli , quem frater ejus víderat , aspéctu di- gnátus est. Utérque au- tem paulò post , Almá- chio præfècto , constan- ter martyrium sibiit. Qui mox Cæciliā com- prehendi ímparat , ab eaque primùm , ubi Ti- burtii & Valeriáni fa- cultátes sint , exquírit.

¶. Cæciliam intra cu- biculum orantem inve- nit , & juxta eam stan-

tem Angelum domini: * Quem videns Vale- rianus nimio terrore correptus est.

¶. Angelus Domi- ni descendit de cælo , & lumen refulsit in ha- bitaculo. Quem.

Benedictio. Ignem sui amoris.

Lectio vi.

CUICUM virgo óm- nia illórum pau- peribus distributa esse respondisset , eo furò- re concitátus est , ut eam in ipsius ædes re- ducetam , in bálneo com- búri jússerit. Quo in lo- co cùm diem noctém- que ita fuissest , ut ne flamma quidem illam attingeret ; eò immissus est cárnifex , qui ter se- curi iectam , cùm caput absindere non potuif- set , semivívam reliquit. Illa triduo pòst , deci- mo Kaléndas Decém-

22. Novem:

Sanctæ Cæciliæ.

21

bris , Alexándro Im- accepit , ad te quasi
peratôre , dúplici vir- agnum mansuetissimum
ginitatis & martyrii destinavit. Cæcilia.
palmâ decorata evolâ- • Gloria Patri , &c.
vit in cælum : cuius Cæcilia.
corpus ab ipso Urbâno
Papa in Callisti coeme-
tério sepultum est , in
eius ædibus Ecclésia
ipsius Cæciliæ nōmine
consecrata. Ejus & Ur-
bani ac Lúcii Pontífi-
cum , Tiburtii , Vale-
riáni , & Máximi cór-
pora à Pascháli primo
Pontífice inde translata
in Urbem , in eâdem
sanctæ Cæciliæ Ecclé-
sia cónrita sunt.

R. Domine Jesu-Chris-
te, pastor bone , semi-
nator casti consilii , sus-
cipe seminum fructus ,
quos in Cæcilia semi-
nasti : * Cæcilia fa-
mula tua quasi apis tibi
argumentosa deservit.

V. Nam sponsum, quem
quasi leonem ferocem

accepit , ad te quasi
agnum mansuetissimum
destinavit. Cæcilia.

Gloria Patri , &c.

Cæcilia.

In iii. Nocturno.

Ant. Credimus Chris-
tum filium Dei verum
Deum esse , qui sibi ta-
lem elegit famulam.

Psalmus 95.

C Antate Domi-
no canticum no-
vum : * cantate
Domino omnis terra.

Cantate Domino , &
benedicite nomini ej⁹. *
annuntiate de die in diē
salutare ejus.

Annuntiate inter Gen-
tes gloriam ejus , * in
omnibus populis mira-
bilia ejus.

Quoniam magnus Do-
minus , & laudabilis
nimis : * terribilis est su-
per omnes deos.

Quoniam omnes dii
Gentium dæmonia : *

Dominus autem cælos fecit. eis sunt.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimonia & magnificientia in sanctificazione ejus.

Afferte Domino patriæ Gentium , afferte Domino gloriam & honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias , & introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus universa terra : * dicite in Gentibus quia

Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ , qui non commovebitur : * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli , & exultet terra , commoveatur mare , & plenitudo ejus : * gaudebunt campi , & omnia quæ in

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum à facie Domini , quia venit : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate , * & populos in veritate sua.

Gloria Patri , &c.

Ant. Credimus Christum filium Dei verum Deum esse , qui sibi talēm elegit famulam.

Ant. Nos scientes sanctum nomen ejus , omnino negare non possumus.

Psalmus 96.

Dominus regnavit exultet terra : * lætentur insulæ multæ. **N**ubes & caligo in circuitu ejus : * justitia , & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet : * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus sanctorum suorum , de orbi terræ , * vidi & manu peccatoris liberabit eos.

Montes , sicut cera fluixerunt à facie Domini : * à facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus , * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes , qui adorat sculptilia : * & qui glorianter in simulachris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit & lætata est Sion.

Et exultaverunt filiae Judæ , * propter judicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominū , odite malum : * custodit Dominus animas

Lux orta est justo , * & rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * & confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Gloria Patri , &c.

Ant. Nos scientes sanctum nomen ejus , omnino negare non possumus.

Antiph. Tunc Valerianus perrexit , & signo quod acceperat , inventit sanctum Urbanum.

Psalminus 97.

Cantate Domino canticum novū : *

quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus , * & brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu Gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ : * & veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ : * salutare dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate , & exultate , & psallite.

Psalite Domino in cithara , in cithara & voce psalmi : * in tubis ductilibus , & voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini: * moveatur mare & plenitudo ejus ; orbis terrarum , & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu , simul montes exultabunt à conspectu Domini : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in iustitia , * & populos in æquitate.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Tunc Valerianus perrexit , & signo quod acceperat , inventit sanctum Urbanum.

V. Elegit eam Deus , & præelegit eam.

E. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Pater noster. **S**ecretò.

Absolutio. A vinculis.

Benedictio. Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 25.

In illo tempore : dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipiéntes lámpades suas , exiérunt óbviam sponso & sponsæ. Et réliqua.

Homilia sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homilia 79. in Matthæum, post initium.

Quam

QUAM ob causam
in persona vīrgi-
num hanc pará-
bolam profert , nec qua-
lemcumq; persōnam si-
ne discriminē subjicit ?
Magna quædam de vir-
ginitate dissenserat , di-
cens : Sunt eunuchi ,
qui seipsoſ castravérunt
propter regnum cælō-
rum : & , Qui potest
cápere cápiat. Nec ig-
norabat , de virginitate
magnam esse vulgo exi-
stimationem , quippe
cum fit ea res natūra
sublīmis : quod inde
patet , quia neque in vé-
teri Testaménto à prif-
cis illis sanctisque viris
culta fuit , & in novo
nulla legis nécessitate
jubētur : non enim id
imperāvit , sed fidélium
voluntati permīſit. Un-
de & Paulus ait : De
virginibus autem præ-
ceptum dōmini non

hábeo : & laudo qui-
dem eum qui hoc sec-
tātur institūtum , nolen-
tem autem non cogo ,
neque eam rem præcep-
tum fácio.

R. Beata Cæcilia dixit
Tiburtio : Hodie te fa-
teor meum esse cognatū
, quia amor Dei te
fecit esse * Contemp-
torem idolorum.

V. Sicut enim amor
Dei mihi tuum fratrem
conjugem fecit , ita te
mihi cognatum fecit es-
se. Contemptorem.

Benedictio. Cujus Fe-
stum colimus , ipsa.

Lectio viij.

QUONIAM igitur &
magna res erat ,
ac de ea apud multos
magna erat existimā-
tio ; ne quis ea perfec-
ta se totum perfecisse
putaret , ac cétera ne-
gligeret , hanc parábo-
lam pósuit , ut ostén-

D

deret virginitatem , secreta , quæ perferam . quamvis cétera habeat , si misericordiæ bonis caruerit , cum fornicatoribus ejici . Ac méritò quidem inhumánum ac misericordia caréntem cum illis collocat . Fornicator enim corporum ; istæ verò pecuniârum cupiditate vincuntur . Non est autem corporum & pecuniæ par cupiditas , sed ácrior multò , atque vehementior illa corporū est . Quantò igitur cum imbecilliore luctantur , tantò minus vénia dignæ sunt , si vincantur . Idcírcò étiam fatuas appellavit , quóniam majori certamine superáto , in faciliore totum perdidérunt .

V. Cæcilia me misit ad vos , ut ostendatis mihi sanctum Antistitem : * Quia ad ipsum habeo

perrexit , & signo quod acceperat , invenit sanctum Urbanum . Quia . **G**loria Patri . Quia . **Bened.** Ad societatem .

Lectio ix.

Lampades autem hoc loco illud ipsum virginitatis donum appéllat , & sanctimoniæ puritatem : óleum verò benignitatem , eleémósynam , impénsum indigéntibus auxílium . Tardante autem sponso , dormitaverunt omnes , & dormierunt . Non parvum témporis rursus spátium interjécum osténdit , ut discipulos regnum ipsius mox futurum exspectantes , ab ea opinione dedúceret : id enim illi sperábant : quapropter cebrò ab hujusmodi eos spe révocat : Ad hoc

illud quoque indicat, etis : Dominus Deus somnum quamdam esse Sabaoth.
mortem. Dormierunt, inquit; mediâ autem nocte clamor factus est: vel ut in eâdem parabola persistat, vel rursus ostendit in nocte futuram esse resurrectionem. Clamorem etiam Paulus commémorat dicens: In iussu, in voce Archángeli, in novissima tuba descendet de cælo.

Hymnus SS. Ambrosii & Augustini.

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi cæli, & universæ potestates.

Tibi Cherubim & Seraphim: incessabili voce proclamat.

Sanctus, Sanctus, San-

Pleni sunt cæli & terra: majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia,

Patrem immensæ majestatis,

Venerandum tuum verum, & unicum Filium,

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christè.

Tu Pattis sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna cælorum.

Tu ad dexteram Dei
sedes: in gloria Patris.
Judex crederis esse ven-
turus.

Te ergo quæsumus,
familis tuis subveni:
quios pretioso sanguine
redemisti.

Aeterna fac cum sanctis
tuis: in gloria numerari.

Salvum fac populum
tuum Domine: & ben-
dic hereditati tuę.

Et rege eos: & extol-
le illos usque in æternū.
Per singulos dies, be-
nedicimus te.

Et laudamus nomen
tuum in sæculum & in
sæculum sæculi.

Dignare, Domine,
die isto: sine peccato-
nos custodire.

Miserere nostri, Do-
mine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua,
Domine, super nos:
quemadmodum spera-
vimus in te.

In te Domine spera-
vi: non confundar in
æternum.

A D L A U D E S

Antiphona.

Cantibus orga-
nis, Cæcilia Do-
mino decantabat, di-
cens: Fiat cor meum
immaculatum, ut non
confundar.

Psalmus 92.

Dominus regna-
vit, decorem in-
dutus est: * in-
dutus est Dominus for-
titudinem, & præcin-
xit se.

Etenim firmavit orbem
terræ, * qui non com-
movebitur.

Parata sedes tua ex-
tunc: * à sæculo tu es.

Elevaverunt flumina,
Domine: * elevaverunt
flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina flu-

Cetus suos , * à vocibus ipsi nos.

aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris , * mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitudo , Domine , in longitudinem dierum.

Gloria Patri , &c.

Ant. Cantantibus organis , Cæcilia Domino decantabat , dicens : Fiat cor meum immaculatum , ut non confundar.

Ant. Valerianus in cubiculo Cæciliam cum Angelo oratorem invenit.

Psalmus 99.

Jubilate Deo omnis terra : * servite Dominum in lætitia.

Introite in conspectu ejus ; * in exultatione.

Sicutote quoniam Dominus ipse est Deus : * ipse fecit nos , & non

Populus ejus , & oves pascuæ ejus : * introite portas ejus in confessione : atria ejus in hymnis cōfitemini illi.

Laudate nomen ejus : quoniam suavis est Dominus , in eternum misericordia ejus , * & usque in generationem & generationem veritas ejus.

Gloria Patri , &c.

Ant. Valerianus in cubiculo Cæciliam cum Angelo oratorem invenit.

Ant cæcilia famula tua , Domine , quasi apis tibi argumentosa deservit.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea , * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta , & in-

via , & in aquosa : * sic
in sancto apparui tibi ,
ut viderem virtutem
tuam , & gloriam tuam.
Quoniam melior est
misericordia tua super
vitas : * labia mea lau-
dabunt te.

Sic benedicam te in
vita mea : * & in nomi-
ne tuo levabo manus
meas.

Sicut adipe & pingue-
dine repleatur anima
mea : * & labii exulta-
tionis laudabit os meū.
Si memor fui tui super
stratum meum , in ma-
tutinis meditabor in
te : * quia fuisti adjutor
meus.

Et in velamento alarum
tuarum exultabo , adhæ-
sit anima mea post te : *
me suscepit dextera tua.

Ipse vero in vanum que-
sierunt animam meam ,
introibunt in inferiora
terræ : * tradentur in ma-

nus gladii , partes vul-
pium erunt.

Rex verò lætabitur in
Deo , laudabuntur om-
nes qui jurant in eo : *
quia obstructum est os
loquentium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereatur
nostrī , & bene-
dicat nobis : * illumi-
net vultum suum super
nos , & misereatur nos-
tri.

Ut cognoscamus in
terra viam tuam , * in
omnibus Gentibus sa-
lutare tuum.

Confiteantur tibi po-
puli Deus : * confitean-
tur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent
gentes : * quoniam judi-
cas populos in æquita-
te , & Gentes in terra
dirigis.

Confiteantur tibi po-
puli Deus : confitean-
tur tibi populi om-

22. Novem.

Sanctæ Cæciliæ.

31

nes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus ,
Deus noster , benedicat
nos Deus : * & metuant
eum omnes fines terræ.

Gloria Patri , &c.

Ant. Cæcilia famula
tua , Domine , quasi
apis tibi argumentosa
deservit.

Ant. Benedico te Pater
Domini mei Jesu Christi , quia per Filium tuum
ignis extinctus est a latere meo.

Cantic. trium pueroru.

Dan. 3.

Benedicite omnia
opera domini domino : * laudate , & superexaltate eum in secula.

Benedicite Angeli domini domino : * benedicte cœli domino.

Benedicite aquæ omnes , quæ super cœlos sunt , domino : * benedicite

omnes virtutes Domini domino.

Benedicite sol & luna domino : * benedicite stellæ cœli domino.

Benedicite omnis imber & ros domino : * benedicite omnes spiritus Dei domino.

Benedicite ignis & æstus domino : * benedicite frigus & æstus domino.

Benedicite rores & pruina domino : * benedicite gelu & frigus domino.

Benedicite glacies & nives domino : * benedicite noctes & dies domino.

Benedicite lux & tenebræ domino : * benedicite fulgura & nubes domino.

Benedicat terra Domini num : * laudet , & superexaltet eum in secula.

Benedicite montes & colles domino : * benedicite universa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino : * benedicite maria & flumina domino. **B**enedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis domino : * benedicite omnes volucres cæli domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora domino : * benedicite filii hominum domino.

Benedicat Israël dominum : * laudet & superexaltet cum in sœcula.

Benedicite sacerdotes domini domino : * benedicite servi domini domino.

Benedicite spiritus & animæ justorum domino : * benedicite sancti & humiles corde domino.

Benedicite Anania , Azaria , Misaël , domino : * laudate & superexaltate eum in sœcula.

Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu : * laudemus & superexaltemus eum in sœcula.

Benedictus es , domine , in firmamento cœli : * & laudabilis , & gloriosus , & superexaltatus in sœcula.

Ant. Benedico te pater domini mei Iesu Christi , quia per filium tuum ignis extinctus est à latere meo.

Ant. Triduanas à domino poposci inducias , ut domum meam Ecclesiam consecrarem.

Psalmus 148.

Laudate dominum de cœlis : * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate

cum

eum omnes virtutes ej^o.

Laudate eum sol & luna : * laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cæli cælorum : * & aquæ omnes quæ super cælos sunt , laudent nomen domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt : * ipse manda-
vit , & creata sunt.

Statuit ea in æternum , & in sæculum sæculi : * præceptum posuit , & non præteribit.

Laudate dominum de terra : * dracones , & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, gla-
cies , spiritus procella-
rum ; * quæ faciunt ver-
bum ejus :

Montes, & omnes col-
les : * ligna fructifera , & omnes cedri :

Bestiæ , & universa pecora : * serpentes, & volucres pennatæ :

Reges terræ & omnes populi : * principes , & omnes judices terræ.

Juvenes , & virgines : senes cum junioribus , laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum & terram : * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus , * filiis Israël , populo appropinquenti sibi.

Psalmus 149.

Cantate Domino canticū novum : * laus ejus in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israël in eo , qui fecit eum : * & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est

Domino in populo suo: * & exalabit manus suetas in salutem. eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Exultabunt sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum:

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: * laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benè sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri &c.

Ant. Triduanas à Domino poposci inducias, ut domum meam Ecclesiam consecrarem.

Capit. 2. Cor. 10.

Fratres, Qui gloriantur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est; sed quem Deus commendat.

Psalmus 150.

LAUDATE dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

LAUDATE eum in virtutibus ejus: * laudate

Hymnus.

Fuso purpurei sanguine Martyres,
Et puro niveæ pectore
Virgines , Christi Cæciliam dicit
te Virginem , Christi dicite Mart
tyrem.

Illi non satis est, magnanimâ fide
Et ridere deos , Judicis
& minas ; Quæ dat Martyribus sola Deo frui ,

Ardens accelerat necem.

Anceps carnificis dum
trepidat manus , Incertoque caput vul
nere percutit , Ter percussa , sua de ne
ce fortior

Ter Virgo meruit mori.

Non oblata semel se
vovet hostia , Longo supplicii tempo
re multiplex.

Se se morte probat, quæ
quoties cadit

Expirans, toties litat.

Manat vulneribus vir
gineus cruor ; Admotâ trepidi syndo
ne quem legunt :

Ut discant pariter tin
cta cruoribus

Non horrescere fun
era.

O ferventis adhuc pur
pura sanguinis !

Hâc induita magis vir
ginitas nitet.

Non sic gémiferis can
dida virgines

Ornant colla moni
libus.

Sancti , dum moritur , propositi tenax
Firmat Christiadas , ar
guit impios ;

Jam vistula Deum tres
animosior

Christi præco docet dies.

Fac nos , Christe , tuæ
Virginis æmulos ,

Quâ pro te moritur , rit
tè sequi fidem.

Et dum vita manet , da
tibi vivere ;

Et cùm mors veniet ,
mori.

Da te , summe Pater ,
tollere laudibus ;
Da te , Christe , sequi ,
laurea Virginum ;

Per te , divus Amor ,
frigida pectora

Puris ignibus ardeant.
Amen.

v. Diffusa est gratia in
labiis tuis.

v. Propterea benedixit
te Deus in æternum.

Ad Benedictus , Ant.
Dum aurora finem da-
ret , Cæcilia exclama-
vit , dicens : Eia milites
Christi , abjicite opera
tenebrarum , & indui-
mini arma lucis.

Canticum Zachariæ.

Luc. 1.

Benedictus Domi-
nus Deus Israël , *

quia visitavit , & fecit
redemptionem plebis
suæ :

Et erexit cornu salutis
nobis , * in domo Da-
vid pueri sui.

Sicut locutus est per
os sanctorum , * qui à
sæculo sunt , propheta-
rum ejus.

Salutem ex inimicis
nostris , * & de manu
omnium , qui oderunt
nos :

Ad faciendam miseri-
cordiam cum patribus
nostris : * & memorari
testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod ju-
ravit ad Abraham pa-
trem nostrum , * datu-
rum se nobis.

Ut sine timore de ma-
nu inimicorum nostro-
rum liberati , * servia-
mus illi ;

In sanctitate & justi-
tia coram ipso , * omni-
bus diebus nostris.

22. Novem.

Sanctæ Cæciliæ.

37

Et tu puer propheta Altissimi vocaberis : * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus : **A**d dandam scientiam salutis plebi ejus : * in remissionem peccatorum eorum : **P**er viscera misericordiæ Dei nostri : * in quibus visitavit nos oriens , ex alto. **I**lluminare his , qui in tenebris , & in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Dum aurora finem daret , Cæcilia exclamavit , dicens : Eia milites Christi , abjicite opera tenebrarum , & induimini arma lucis.

Otatio.

Deuſ qui nos annuā beatæ Cæciliæ Virginis & Marty-

ris tuæ solemnitate letificas , da ut quam veneramur officio , etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per Dominum nostrum.

Si occurrat dies Dominica ; de ea fit commemoratio , ut infrà , post Vesp.

MISSA

Ut in missali : cum Sequentia , ut infrà. Et dicitur Credo.

Sequentia.



Ongratulamini fideles hodie , preclarę Virgini , Sanctæ Cæciliæ : Resulant carmina , & laudum Hostiæ , hac in Ecclesia solvantur hodie.

Sacra laudum persolvantur , vota precum offerantur , Regi sponsō Virginum ;

Quâ in die hæc Beata; fuit ei præsentata, cum favore Superum.

Puellarum grex sanctarum plaudat specialiter;

Decoratus, informatus, per hanç multipliciter.

Fuit enim hæc Beata, cunctis morum exornata titulis nobilium:

Quae salutis ob amorem, sprevit mundi hujus florem, quasi momentaneum.

Jam à cunabulis, sacris oraculis instructa penitus;

Pro pudicitia jugiter anxia, fundebat gemitus.

Foris veste deaurata, membra tegit delicata; intus carnem macerat:

Ad consensum castitatis, trahit verbo veritatis sponsum quem acciperebat.

Tractum ab erroribus,

undis salutaribus, Urbanus purificat:

Lotus intrat thalamū, intrans videt Angelum, quem Virgo promiserat.

A quo vernantia recipit Xenia, & post hæc rogitat

Pro fratre unico; & roget illicò: quod roget impetrat.

Dum his donis fruatur, & in Christo lætaretur, unà cum Cæcilia,

Intrat frater, & accedit; audit verbum, & mox credit, tactus Dei gratiâ.

Sic uterque trahitur ad Christum per Virginem;

Et Baptismo tingitur per Urbanum Præfulem.

Sic uterque tractus trahit; & commissum sibi spargit verbum quibus poterat:

Audit hostis, & tor-

22. Novem.

Sanctæ Cæciliæ.

39

quetur ; & ne fides propagetur , necem his accelerat .

S ponso Cœlis jam premisso , gradu statim non remisso , sponsa sponsum sequitur .

N am post flamas decollata , scandit Cœlum laureata : ubi Christo fruitur ;

E jus perpetuis juncta deliciis .

A d quæ nos gaudia ducat post funera . Amen .

Ad Vesperas , Antiphona . Cantantibus cum Reliquis , Capitulo & Hymno , ut in primis Vesperis .

v. Diffusa est gratia in labiis tuis .

R. Propterea benedixit te Deus in æternum .

Ad Magnificat , Ant . Virgo gloria semper Evangelium Christi gerebat in pectore suo , & non diebus neque nocti-

bus à colloquiis divinis & oratione cessabat .

Oratio . Deus , qui nos annua Beatæ Cæciliæ , ut suprà .

Pro Commemoratione S. Clementis , Antiph.

Oremus omnes ad Dominū Jesum Christum , ut Confessoribus suis fontis venam aperiat .

v. Gloria & honore coronasti eum Domine .

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum .

Oratio .

D Èus , qui nos annua Beati Clementis Martyris tui atque Pontificis solemnitate lætificas : concede propitius , ut cuius natalitia colimus , virtutem quoque passionis imitemur . Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum .

Antiph. v. & Ora-

Sanctæ Cæciliæ.

40

tio, pro commemo-
ratione Dominicæ quæ
potest occurrere in Fe-
sto Sanctæ Cæciliæ.

Sabbato ante Domi-
nicam v. Novembris,
ad Magnificat Antiph.

Super muros tuos Jeru-
salem constitui custo-
des : tota die & nocte
non tacebunt laudare
nomen Domini.

V. Vespertina oratio af-
cendat ad te Domine.

R. Et descendat super
nos misericordia tua.

Oratio Dominicæ oc-
curretis, ut infrà.

D O M I N I C A XXIV.
Ultima post Pent.

Oratio.

EXcita, quæsumus
Domine, tuorum
fidelium voluntates : ut
divini operis fructum
propensius exequentes,
pietatis tuæ remedia
majora percipiant. Per
Dominum nostrum Je-

22. Novem-

sum Christum.

Ad Benedictus, Ant.

Cùm videritis abomi-
nationem desolationis,
quæ dicta est à Daniele
propheta , stantem in
loco Sancto : qui legit,
intelligat.

V. Dominus regnavit,
decorum induit.

R. Induit Dominus for-
titudinem, & præcinxit
se virtute.

Ad Magnificat, Ant.

Amen dico vobis , quia
non præteribit genera-
tio hæc , donec omnia
fiant : cælum & terra
transibunt , verba au-
tem mea non transi-
bunt , dicit Dominus.

V. Dirigatur, Domine,
oratio mea.

R. Sicut incensum in
conspictu tuo.

D I E XXIII. NOV.

**Secunda die infrà octa-
vam Sanctæ Cæciliaæ.**

Fit

24. Novem. Infra oct. S. Cæciliæ. 41

Fit de S. Clemente Papa, & Martyre, Semid. cum commemoratione octavæ, & s. Felicitatis.

DIE XXIV. NOV.

Tertia die infra Octavam Sanctæ Cæciliæ.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex Actis S. Cæciliæ.



Um à téneris Cæcilia Christi fidem esset amplexata, divini amoris igne succensa, virginitatem suam Dómino consecrávit. Christum Dóminum intimè induta in sp̄itu, mortificationem ejus circūferébat in corpore; & sacrum ipsius Evangélium suprà peccatus reverenter ac piè gerébat. Dum autem in lege

Dómini meditarétur die ac nocte, & à colloquiis divinis & oratione nunquam cessáret, à parentibus suis Valériano nobilissimo júveni despondétur. Hoc impróvido & imminénti virginitatis discrimine veheménter commóta, ponens in Dómino spem suam, sub aüreis vëstibus duro indúta cilicio, per bíduum aut tríduum à cibo jejunat; & imploráta Angélorum atque Sanctórum ómnium ope, profúsis lachrymis, deo cum gémitu se commendábat, ut virginitatem quam illi dévoverat, integram & immaculátam conservare sibi licéret.

Pz. Cilicio Cæcilia, &c.
pag. 19.

Lectio v.

Nuptialis dies demùm advenerat.

F

Dumque festivis organorum concéntibus dominus úndique personáret, Cæcilia in corde suo soli Deo humili- mè decantábat, dicens : Fiat Dómine , fiat cor meum & corpus meum immaculátum in justifi cationibus tuis , ut non confundar. Dímisso tandem nuptiáli confessu , siléntium & quiete na ceta , Valeriáno sola collóquitur : seque arcánum illi revelatúram pollicétur ; modò jure jurando ipse priùs se ob stríngeret illud némini unquam proditúrum. Quod cùm interpósito juraménto spopondísset Valeriánu s : In Angeli tutélâ , inquit Cæcilia , ego sum : is corporis mei est custos : is virginitatis meæ defénsor & vindex : cave ne quid in me commiseris , quo il-

lius iram in te accén das , & próvoce s vin dietam.

R. Cæciliam intra cubi culum , &c. pag. 20.

Lectio v. i.

Hoc sermóne , re rúmque novitáte percúlsus Valeriánu s , ac metu in ipsius ánimūm divinitus injécto suspénsus ; ubinam is Angelus sit , & conspi ciéndum sibi dari sollí citè requírit. Non potest cárneis oculis cónspici , inquit Cæcilia , spíritus invisibilis ; nec mente tenebris obvolúta , aut peccatórum fór dibus inquináta , Spíritus cælestis & purus. Verùm si in Deum vi vum credideris ; si sacro baptísmatis lavácro pec cátâ tua clueris , Ange li conspéctu dignâberis. His iterùm Cæciliæ dicitis , Valeriánu s An-

24. Novem.

Infrà oct. S. Cæciliæ.

43

gelum vidéndi desidério
vehementiùs inflammá-
tus , ac velut quodam
cælestis gratiæ splendó-
re tum primùm irradián-
tis illustrátus ; Quisnam
igitur, ad Cæciliam in-
quit , is erit , à quo pos-
sim ita mundari , ut An-
geli conspéctu dignus
efficiar ?

R. Domine Jesu Christe , &c. pag. 21.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundum Mathæum.

Lectio vii. Cap. 25.

N illo tempore : Di-
xit Jesus Discipulis
suis Parabolam hanc :
Simile erit regnū cœlō-
rum decem Virginibus ;
quæ accipiéntes lámpa-
des suas , exiérunt ob-
viam sponsō & sponsæ.
Et réliqua.

De Homilia Sancti
Augustini Episcopi.

Serm. 93. De Verbis

Evangelii Matth. 25.

I stæ quinque & quin-
que Virgines , om-
nes omnino sunt áni-
mæ Christianorum. Sed
ut dicámus vobis , quod
Deo inspirante senti-
mus , non qualescum-
que ánimæ , sed tales
ánimæ quæ habent ca-
tholicam fidem , & ha-
bēre videntur bona ope-
ra in Ecclésia Dei : Et
tamen ex ipsis quinque
sunt prudéntes , & quin-
que fátuæ. Quare ergo
appellatæ sunt quinque ,
& quare Virgines , priùs
videámus. Omnis áni-
ma in corpore ideo qui-
nario numero censetur ,
quia quinque sénibus
útitur. Nihil est enim
quod sentimus ex cor-
pore , nisi jānuâ quin-
quepartitâ , aut vidé-
ndo , aut audiéndo , aut
odorándo , aut gustán-
do , aut tangéndo. Qui

F ij

ergo se abstinet ab illí-
cito visu , ab illícito au-
ditu , ab illícito odo-
râtu , ab illicito gus-
tatu , ab illicito tactu ,
propter ipsam integrâtâ-
tem , vîrginis nomen
accépit.

B. Beata Cæcilia , &c.

Pag. 25.

Lectio VIII.

Sed si bonum est ,
abstínere ab illícitis
fentiéndi móribus , &
ideò una quæque áнима
Christiâna vîrginis no-
men accépit ; quare
quinque admittuntur ,
& quinque repelluntur ?
Et vîrgines sunt , & re-
pelluntur. Parum est ,
quia vîrgines sunt : &
lámpades hábent. Vîr-
gines , propter abstinen-
tiâ ab illícitis fensi-
bus ; lámpades habent ,
propter ópera bona. De
quibus opéribus Domi-
nus dicit , Luceant ópe-

ra vestra coram homi-
nibus , ut vîdeant bona
facta vestra , & glorífi-
cent patrem vestrum ,
qui in cælis est. Item
Discípulis dicit , Sint
læmbi vestri accincti , &
lucernæ ardentes. In
lumbis accinctis , virgi-
nitas : in lucernis arden-
tibus , opera bona. Si
ergo ab illícitis absti-
nentia bona est , unde
virginitas nomen accé-
pit , & opera bona lau-
dabilia sunt , quæ signi-
ficántur lampádibus ;
quare quinque admit-
tuntur , & quinque re-
pelluntur ?

B. Cæcilia me misit ad
vos , &c. pag. 26.

**Non a lectio de s. Chry-
sogono Martyre.**

DIE XXV. NOV.
**Quartâ die infrà octa-
vam Sanctæ Cæciliæ ,**
**Fit de Sancta Cathari-
na Virgine & Martyre.**

26. Novem. Infrà oct. S. Cæciliæ.

45

Dup. cum comm. octa.

DIE XXVI. NOV.

Quintâ die infrà octava
vam Sanctæ Cæciliæ.

In primo nocturno, Le-
ctiones de script. occur.

In secundo nocturno.

Lectio iv.

Ex actis S. Cæciliæ.



Uncadeum
Cæcilia: De-
litéscit, in-
quit, juxtâ
Viam Appiam, ter-
tio ab urbe lâpide,
venerabilis senex Ur-
bánus nômine, sepul-
crorum ténebris & an-
fractibus occultátus;
vir cælesti mansióne
jam dignus, qui vim
tormentórum immobili
ânni róbore, & incon-
cussâ constântiâ, pro
Dei nominis confessiô-
ne, gloriósè bis pértu-
lit. Is ille est quem ex-
quiris; is te sacris a-
quis Baptismi tingéndo,

Angelum vidéndi dig-
num efficiet. Páuperes
ibidem emendicántes in
occúrsum ejus áddidit
esse ventúros, quorum
victus singulári Cæciliæ
curę semper fúerat, qui
cùm ab eis de loco in
quo Sanctus Antistites
dégeret Cæcilię nomi-
ne inquireret, eum ad
Urbánum protinùs es-
sent adductúri. Tunc
perréxit Valérianus, &
signo quod accéperat in-
vénit Sanctum Urbâ-
num. Domum redux,
baptisátus, & homo
novus Cæciliam in cu-
biculo orántem invenit;
& Angelum juxtâ eam
stantem, cælesti splen-
dore fulgéntem.

R. Cilicio Cæcilia
membra, &c. pag. 19.

Lectio v.

G Eminas præferé-
bat Angelus co-
rónas, è cælestibus rosis

& liliis intéxtas ; quārum unam Cæciliæ, alteram impósuit Valerianō. Ad Valeriānū autem conversus, quoniā Cæciliæ assénsus esset virginitātem, jussu Dei ad eum se accessisse dixit, ut illi quod à Deo deposceret ipsius postulatiōni concedéndum esse nuntiaret. Moxque Valeriānus de Tibúrtii fratri sui únici & primogéniti salúte jam sollicitus illum ad Dei veri agnitiōnem & cultum perduci póstulat. Plâcuit Deo ejus oratiō. Cùm autem ei Angelus Deum ejus optáta & postuláta brevi esse expletūrum , & ambo glorióso martyrio simùl coronándos esse prædixisset , Angelus in cælos abire visus ex oculis eōrum evanuit. Mox Tibúrtius cubiculum in-

gréssus fragrantissimos & intempestivos rosārum & liliorum odores olfáciens : úndenam insólitus odor hic exhalaret sollicitè requirit.

R. Cæciliam intra cubiculum, &c. pag. 20.

Lectio vi.

Hinc arrépta occasiōne Valeriānus vanitatem idolōrum & abominationem Tibúrtio patéfacit, plura de ætérnæ vitæ fælicitate oratiōni intéxens. Hærébat suspensus incertus véri Tibúrtius hæc de diis suis audiens à Valeriāno qui secum eos hucusque coluerat; cùm assūmpto sermōne Cæcilia : Quis, inquit, hos turpes & commentitios esse deos non agnoscet, quos cùm nuda primùm extitisse metalla omnibus perspēctum sit , iis in deos effingéndis fla-

26. Novem.

Infrà oct. S. Cæciliæ.

47

gitiósi hómines sæpissi-
mè amandéntur ob scé-
lera ab ipsis commissa
ad metálla damnati ?
Quis velit deos inértes
ac pénitùs impoténtes
profitéri qui sine mo-
tu , sine voce & spíri-
tu cùm sint , à cadavé-
ribus non diffideant , &
totum id quod eos effi-
cit deos ab hóminum
mánibus sunt mutuati ?
Nunc verè agnosco , ex-
clamat Tiburtius , his
audítis , non álium esse
Deum præter Deum
christianórū. Et nunc ,
ad eum Cæcilia , fáteor
te verè meum esse ger-
mánum , quia amor
Dei te facit esse con-
temptorem idolórum.
R. Domine Jesu Chri-
ste , &c. pag. 21.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio VII. Cap. 25.

In illo témpore : Di-
xit Jesus Discípulis
suis Parábolam hanc :
Simile erit regnum cæ-
lorum decem Virgini-
bus ; quæ accipién-
tes lámpades suas , exié-
runt obviam sponso &
sponsæ. Et réliqua.

Homilia S. Augustini
Episcopi.

Libro de diversis quæf-
tionibus 83. Quæstion.

59. cap. 2. 3.

OMNES accepérunt
lámpades suas , &
venérunt obviam spon-
so. Intelligéndum est
ergo Christi nómine
censéri de quibüs ági-
tur. Non enim possunt
qui Christiâni non sunt
sponso Christo venire
obviam. Sed quinque
fátuæ accéptis lampádi-
bus suis , non sumpse-
runt óleum sécum. Mul-
ti enim quamvis de

Christi bonitatem pluri-
mum sperent, gaudium
tamen non habent, dum
continenter vivunt, ni-
si in laudibus hominum.
Non ergo habent ole-
um secum. Nam ipsam
letitiam oleo significari
arbitror. Propterea un-
xit, inquit, te Deus,
Deus tuus, oleo exultati-
onis. Qui autem non
propterea gaudet, quia
Deo intrinsecus placet,
non habet oleum secum.
Prudentes autem
aceperunt secum oleum
in vasis suis cum lampadibus, id est, letitiam bonorum operum in corde atque conscientia posuerunt;
Sicut Apostolus monet: Probet autem se homo, inquit, & tunc in semetipso habebit gloriam, & non in altero.

R. Beata Cæcilia dixit

Tiburtio: &c. pag. 25.

Lectio VIII.

Tardante vero sponsso dormitaverunt omnes: quia ex utroque genere continentium hominum, sive eorum qui coram Deo exultant, sive eorum qui in laudibus hominum adquietescunt, moriuntur hoc intervallo temporis, donec sub adventu Domini fiat resurrectio mortuorum. Mediâ autem nocte, id est, nullo sciente aut sperante; quippe cum ipse Dominus dicat, de die autem illâ & horâ nemo scit; & Apostolus, dies Domini tanquam fur in nocte ita veniet: ex quo significatur eum penitus latere, cum venerit. Clamor factus est ecce sponsus venit, surgite obviam ei. In iectu oculi &

in

26. Noveim. **Infrà oct. S. Cæciliæ.** 49

in novissima tuba omnes resurgémus. Ergo surrexérunt omnes illæ

virgines , & aptavérunt lámpades suas , id est , rationes reddéndas óperum suorum. Oportet enim nos exhibéri ante Tribunal Christi , ut illuc recipiat unusquisque quod gessit in corpore , sive bonum , sive málum.

R. Cæcilia me misit ad vos , &c. pag. 26.

Nona lectio de S. Petro Alexand. Episcopo & Martyre.

DIE XXVII. NOV.

Sextâ die infra octavam Sanctæ Cæciliæ.

In Festo SS. Angelorum Protectorum Diœcesis & Provinciæ Albiensis.

Omnia dicuntur ut in officio Sanctorum Angelorum Custodum, die

tertiâ Octobris. Exceptis iis quæ infrà propria ponuntur.

In primo Nocturno.

De Libro Judicium.

Lectio 1. Cap. 2.



SCENDIT Angelus domini de Galgalis ad locum flentium , & ait : Edúxi vos de Ægypto , & introdúxi in terram , pro qua jurávi pátribus vestris : & pollitus sum ut non fácerem iritum pactum meum vobis scum in sempiternum : ita dumtaxat ut non ferirétis foedus cum habitatóribus terrę hujus , sed aras eorum subverterétis : & noluistis audiire vocem meam : Cur hoc fecistis ? Quamobrem nolui delere eos à facie vestra : ut habeatis hostes , & dii eorum

G

sint vobis in ruſnam.
Cumq; loquerétur An-
gelus Dómini hæc ver-
ba ad omnes filios If-
raël : elevavérunt ipsi
vocem suam , & flevé-
runt. Et vocátum est
nomen loci illius : Lo-
cus fléntium , sive la-
chrimárum : immolavé-
runtque ibi hostias Dó-
mino. Dimisit ergo Jó-
sue pópulum , & abié-
runt filii Ifraël unuſ-
quísque in posséſſiónem
suam , ut obtinérent
eam : serviéruntque Dó-
mino cunctis diébus e-
jus , & Seniórum , qui
longo post eum vixé-
runt témporte , & nō-
verant ómnia ópera Dó-
mini , quæ fecerat cum
Ifraël.

R. Angelis suis Deus
mandavit de te , ut cu-
ſtodianſ te in omnibus
viis tuis : * In manib;
pórtabunt te , ne un-

quam offendas ad lapi-
dem pedem tuum.

* Millia millium mi-
nistrabant ei , & decies
millies centena millia
assis̄tebant ei. In mani-
bus.

De Libro ſecúndo Ma-
chabæórum.

Lectio II. Cap. 10.

Timótheus , qui
priùs à Judæis füe-
rat ſuperátus , convo-
cato exércitu peregrinæ
multitudinis , & con-
gregato Equitátu Asiá-
no , advénit quaſi ar-
mis Judæam captúrus.
Machabæus autem , &
qui cum ipſo erant , ap-
propinquante illo , de-
precabântur Dóminum,
ut ſibi propítius , inimí-
cis autem eorum eſſet
inimicus , & adversariis
adversaréetur. Et ita poſt
oratióneſ ſumptis ar-
mis , & proximi hóſti-
būs effécti reſedérunt.

Primo autem Solis or-
tu utriusque commis-
erunt : isti quidem vic-
toriae , & prosperitatis
sponsorem cum virtute
mine exercituum , *U-
quequò tu non misere-
beris Jerusalem , & ur-
bium Iuda , quibus ira-
situs es ?

Dóminum habéntes :
illi autem ducem belli
ánimum habébant. Sed
cùm vehemens pugna-
esser , apparuerunt ad-
versariis de Cælo viri
quinque in equis , fre-
nis aureis decori , du-
cátum Judæis præstân-
tes : ex quibus duo Ma-
chabæum médium ha-
bentes , armis suis cir-
cumseptum , incolumem
conservabant : in ad-
versarios autem tela , &
fulmina jaciébant : ex
quo & cœcitate confu-
si , & repleti perturba-
tione cadébant. Inter-
fecti sunt autem viginti
millia quingénti , &
equites sexcénti.

R. Respondit Angelus
Domini , & dixit ; Do-

*Iste enim septuagesi-
mus annus est. Uique-
quò.

Lectio III. cap. II.

Congregatis octo-
ginta millibus , &
equitatu universo , ve-
niébat Lysias adversus
Judeos , existimans se ci-
vitatem quidem captam
Géntibus habitaculū fa-
cturum , Templum ve-
ró in pecuniæ quæs-
tum , sicut cétera del-
lubra Gentium , habi-
turum , & per singu-
los annos vénale Sacer-
dótium : nusquam re-
cogitans Dei potestá-
tem. Ut autem Ma-
chabæus , & qui cum
eo erant , cognovérunt
expugnâri præsidia ,
cum fletu & lâcrys mis-

rogabant Dóminum , & omnis turba simul , ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israél. Et ipse primus Machabæus , sumptis armis , céteros adhortatus est simul secum periculum subire , & ferre auxilium fratribus suis. Cumque páriter prompto ánimo procéderent , Jerosólymis appáruit præcedens eos eques in veste cándida , armis aureis hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixérunt misericordem Dóminum , & convaluérint ánimes : non solum hómines , sed & bestias ferocissimas , & muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prompti , de cælo habentes adjutórem , & miserántem super eos Dominum.

E. In conspectu gen.

tium nolite timere , vos enim in cordibus vestris adorate & timete Dominum : * Angelus enim ejus vobiscum est. **V.** Stetit Angelus juxta aram templi , habens thuribulum aureum in manu sua. Angelus. Gloria Patri. Angelus.
In secundo Nocturno.
Ex tractátu Sancti Hilárij Episcopi , super Psalmos.

In Psalmum 137.

Lectio IV.

IN conspectu Angelorum psallam tibi. Párum sibi existimat Prophéta esse , ut hominibus tantum præsentibus psallat : quia hómines corporálium tantum negotiorum officia inspiciunt. In eo enim quod psallit , motum complacitæ Deo operatiōnis osténdit. Non ergo quæ vidéntur in corpore

re cerni desiderat : sed ea , quæ spiritâliter natûræ spiritâles contûentur , gérere festinat. Scit enim se sub spécula Angelôrum vitâ omnem morésque âgere , & ubique hæc Divinôrum ministeriôrum auxilia fidélibus cunctis assistere , ut scriptum est : Angelus Dômini in circuítu timéntium eum.

R. Vivit ipse Dominus , * Quoniam custodivit me Angelus ejus , & hinc euntēm , & ibi commorantem , & inde hoc revertentem.

* Et non permisit me dominus ancillam suam coquinari. Quoniam.

Lectio v.

L Egem étiam Móysi in manu Mediátoris per Angelos fuisse dispôsitam docet Apôstolus. Nec non & Eli-

séus absolutissimè dôcuit , humânas infirmâtes Angelôrum auxiliis deféndi , & in omnibus periculis , si fides maneat in nobis , adéssse spiritâlium virtûtum defensióne. Namque cùm Rex Syriæ cāpere Geth urbem , in qua idem Eliséus Prophéta esset , parâret , & nocturnis itinéribus exércitum suū , qui ante lucem urbem obsidéret , destinâisset ; Puer Eliséi conspéctâ obsidiône dixit : O Domine quid faciémus ? Et dixit Eliséus , Noli timére : quia plures sunt nobiscum , quàm cum illis.

R. Angelus Dômini descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem , & excussit flammarum ignis de fornace : * Et non tetigit eos omnino ignis , neque

contristavit.

V. Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, & eruit servos suos, qui crediderunt in eum. Et non.

Le^ctio vi.

ET oravit Eliseus ad Dominum, & dixit: Adaperi Domini oculos pueri hujus, & videat. Et adaperuit Dominus oculos pueri, & vidit; & ecce mons erat plenus equis & curribus in gyro Elisei, & descendérunt ad eos. Tantus & tam nobilis Propheta solus contemplatione auxiliorum spirituum dignus est: sed oratio ejus ad Dominum visum incorporatum etiam pueru suo mériuit. In horum igitur assistentium humánis auxiliis Angelorum conspéctu psallet Propheta, spiritibus spi-

rituum operum contemplatione placiturus.

V. In omni tribulacione eorum non est tribulatus, * Et Angelus faciei ejus salvavit eos.

V. In dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cunctis diebus saeculi. Et Angelus. Gloria Patri. Et Angelus.

In tertio Nocturno.

Le^ctio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Le^ctio vii. Cap. 18.

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas, major est in regno caelorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Ex Homil. 60. in Matthaeum, cap. 18.

VIdete, ne contemnatis unum de

pârvulis istis. Parvulos non ætate, sed multorum æstimatione appellavit pâuperes, inquam, ignotos, ceterosque hujusmodi, quos multi contémnunt, qui re vèrâ pârvuli non sunt, cùm Creatôris omnium amici sint: quos ipse multò magis venerabiliores facit, dicens: Quia Angeli eôrum semper vident faciem Patris mei qui in cælis est.

R. Machabæus, & qui cum eo erant, cognoverunt expugnari præfidia: * Cum fletu & lacrymis rogabant Dominum, & omnis turba simùl, ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israël.

* Cùm pariter prompto animo procederet Ierosolymis, apparuit precedingens eos eques in veste candida. Cum fletu.

Lectio VIII.

Hinc manifestum est, quia omnes Sancti Angelos habeat. Apôstolus etiam ait de muliere, quoniam velamen débeat habere in capite propter Angelos; & Móyses, Statuit fines, inquit, Géntium secundum numerum Angelorum Dei. Hic vero non de Angelis simpli citer dicitur, sed de Angelis excelléntibus atq; suprémis. Nihil enim aliud designatur, cùm, faciem, dicat, Patris mei aspiciunt, quam summa fiducia eorum, & honor precibus.

R. Tu Domine qui misisti Angelum tuum sub Ezechia Rege Juda, & interfecisti de castris Sennacherib centu octoginta quinque millia: * Et nunc dominator cælorum mitte Ange-

lum tuum bonum ante nos, in timore & tremore magnitudinis brachii tui.

V. Ut metuant qui cum blasphemia veniunt adversus sanctum populū tuum. Et nunc. Gloria Patri. Et nunc.

Lectio ix.

VIdes, quot quibusque rationib⁹ ad modéstiam, & ad curam tenuiorum fratrum nos révocat? Infántem in médio státuit, & dixit: Efficiámus sicut párvuli: & quicumque tales suscéperit párvulum, me suscípiet; & quicumq; hunc scandalizáverit, extréma luet supplicia: & scandalizántes hómines, étiam si loco mánuum atque oculórum nobis essent, abscindere jussit. Angelorum quoque auctoritatē, qui hos ténues

frátres tutántur, ut eos venerémur, impéllit.

Te Deum laudamus.

DIE XXVIII. NOV.

Septimā die infrā octavam Sanctæ Cæciliæ. In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex actis S. Cæciliæ.



I BUR TI US ejuráto idollorum cultu, de profunda caligine sensim emérgens, de his quæ de æternæ vitæ fælicitate à Valeriánq audierat adhuc dúbios, inquirit ulteriùs, num de cælesti illa régione, ullus unquam huc advenisset, cui de his tuta fides adhibéri posset. Cùm gráviter assurgens Cæcilia; Deus, inquit, æternus & imménsus, prius quam

28. Novem.

Infrà oct. S. Cæciliæ.

57

quam quidquam face-
ret , Fílium suum coæ-
quálem sibi , ac verum
Deum génuit ab ætér-
no. Hic de cælo des-
céndens , formam servi
accípiens factus homo ,
habitávit in nobis : &
is est qui vocátur Chri-
stus. Cùmque invictissi-
mis rationib⁹ , hunc
verè esse Deum disertè
& apertè Cæcilia de-
monstràset ; Hic , in-
quit , ille est quem in-
quiris ; qui de cælo de-
lapsus , ea quæ de ætér-
na vita tibi retúlimus ,
dum versarétur in terris ,
sedens in monte , nos
edóciuit. Tunc Tibúr-
tius , cui ex Cæciliæ
dictis compérta jam erat
divinitas Christi , ad Cæ-
ciliæ pedes rorántibus
lácrymis provolútus ,
hæc se & omnia Chris-
tiánæ fidei dójmata in-
pósterum creditúrum ,

juraménto firmavit : Et
ad Urbánū baptizán-
dus à Valeriáno dedú-
citur.

R. Cilicio. pag. 19.

Lectio v.

C Um eódem tém-
pore , nova adver-
sus Christiános Romæ
tempéstas effet excitáta ,
Tibúrtius & Valeriá-
nus sepeliéndis mártý-
rum corpórib⁹ incum-
bentes , jussu Almáchii
præfectūram urbis admi-
nistrántis , detenti sunt :
& Máximo , qui cubí-
culi Imperatóris Præ-
fectus erat , in custódiam
tráditi. Eos Cæcilia cum
sacerdótibus in domum
Máximi noctu invísit.
Máximo , & universâ ip-
sius familiâ baptizáto ,
cùm magnum filéntium
factum effet in domo ,
& auróra consurgens
nocti finem daret , Cæ-
cilia exclamávit dicens :

H

Eia mīlites christi, abjicite ópera tenebrarum , & induimini arma lucis. Ite ad corónas justitiæ , quas reddet vobis justus iudex. His & similibus dictis Cæciliâ Tiburtium & Valeriánum ad martyriū inflammante , victoriæ triumphum simul adépti sunt. Quorum cōpora in arca compóni & in ea Phœnicis effigiem , in signum futuræ resurrectiōnis insculpi , Cæcilia curavit : & in Cœmertorio Callisti Urbanus Pontifex sepelivit.

¶. Cæciliam. pag. 20.

Lectio vi.

Almáchius divitiârum Tiburtii & Valeriáni ávidus, Cæciliâ coram se venire jussâ , eorum facultates ab ea requirit. Qui ubi eas paupéribus jam fuisse erogatas audivit ; eam

thura diisadolére , aut capite plecti jubet. Illa verò ad ipsos exequendæ sententiæ præfécitos , ubi eos sortem suam esse miseratos agnovit : Vos quidem , concives & fratres mei , ab impietate Præféceti video plúrimum abhorrére: verumtamen ágite imperáta ; gloriósum enim est pro nōmine Christi contuméliam pati , & mori lucrum. Iis verò præ dolore lugéntibus ubi eam mori parátam intellexére ; cùm plura de terrinæ vitæ fragilitate , ac de æterna beatitudine , Virgo disseruisset ; sublimiorem lápidem conscénsa , num ea créderent quæ jam audierant ab eis requirit. Crédimus , exclamant unánimes , Christum Fílium Dei verè esse Deum , qui sibi ta-

28. Novem.

Infrà oct. S. Cæciliæ.

59

lem élégit famulam : nos sciéntes sanctum nomen ejus, omnino ne-gáre non possumus. Tunc Cæcilia vitam sibi produci iis mediántibus ab Almâchio postula-vit : & interim domum suam répetit, Urbánum accersitura, qui eos eru-díret ac baptizáret.

B. Domine Jesu Christe.

pág. 21.

Intertio Nocturno.

Lectione sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectione VII. cap. 25.
Nillo tempore : Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cœlorum decem virginibus ; quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt obviam sposo & sponsæ. Et reliqua. Homilia Sancti Paulini Episcopi.

Epist. 41. ad Sanctum & Amandum.

O Ráte ut & vírgi-nes, & fæcündæ sint ánimæ nostræ ; sine sterilitate vírgines, sine corruptiōne fæcündæ. Hoc enim mystério & in lege maledictus est , qui semen in Israël non déderit : & in Evangélio Virgo sapiens dicitur , quæ óleo procuráto vígili sollicitudine , uncta face , sponsi ex-péctat advéntum , jamque veniénti non extin-guendum pingui fômito lumen accéndit. Ergo mens nostra fétilis deo sit , & vitæ fructus opéribus bonis páriat. Sit & spíritus virgo , ut nulla sèculi corrumpâtur illécebra , & ab omni labo vitiórum integer máneat. Stultæ enim vírgines illæ mihi vi-déntur ánimæ , quæ vir-

H ij

tūtibus stériles sunt ; & illæ sapiéntes , quæ vitiis incorrúptæ sunt. Déniue in utrōque Virginum génere quinque ponuntur , ut intelligá- tur , ad sensus hóminis integritatem aut corruptionem referri : nam quinque sénibus omnes prædicti sumus , per quos aut vitam recipimus aut mortem. De ipsis enim dolens Prophéta dicit , mors introivit per fenéstras ves- tra. Quas obstruámus timore Dei , ut ad omnes istius mundi formas & voces surdi simus & cæci.

B. Beata Cæcilia dixit Tiburtio, &c. pag. 25.

Lectio VIII.

S Epiámus aures nos- tras spinis contra linguam nequam & ille- cebrôsa modulâmina : avertámus óculos nos-

tres , ne videant vanitatem : obstruámus & na- res nostras , ne de corruptiōne hujus sæculi mortis odorem trahâ- mus : neque per gustum illicem gulæ morbus ir- répat , & concupiscen- tiârum cibis continén- tiæ róbur enérvet : ne- que móllibus vestimén- tis córpori blandiámur , nec cárneos tactus & ampléxus illicitos deli- cátis malè palpâta teg- mínibus membra dis- quâtiunt. Ita fiet ut in unoquóque nostrûm ómnibus sénibus castis , & óleo doctrinæ fidélis imbútis , vîrgines omnes quinque sapiéntes máneant , óleo in vasis suis repósto , expe- ctiōne secúrâ quiéscant , fâcile mox parândisfâci- bus occurſuræ , cùm pri- mo superveniéntis spon- si tumultu fuerint exci-

tatæ. Nam in tantis Ecclésiæ pôpulis , in quibus non solum vîrgines, sed & maritâtæ & víduæ diuersis & móribus cernuntur & fructibus ; non árbitror ália ratiône quinque tantum vîrgines fátuas & tótidem sapiéntes esse pósitas , nisi quòd utráque persôna in totiùs pôpuli universitatè diversa. Númerus autem ratiône supradicta sigillatim in omnibus continétur ; ut unusquisque in semetipso aut stultas , aut prudéntes hábeat , pro qualitate sénsum suôrum : in quibus próvidis sápiens , inértibus autem stulta virginitas est.

R. Cæcilia me misit ad vos , &c. pag. 26.

Lectio ix.

Nam ídeò & fatuæ, sicut sapiéntes in tanta sui dissimi-

litûdine similiter vîrgenes appellántur , quia virginibus secundū carnem sterilitas infœcunda , secundum spíritum fructuósa cástitas adest. Quare nec sapiéntes stérilem virginitatem hábent , quia sapiéntes sunt ; nec stultæ fructuósam , quia stultæ sunt. Quarum forma mihi videtur esse sapiéntia hujus mundi , quæ stultitia est apud Deum ; & sapiéntia carnis , quæ verè virgo stulta est , quia non est uncta atque subjœcta legi & sapiéntiæ Dei : & lucerna ejus facile extinguitur , quia non habet óleum veritatis , vâcua Spíritus Sancti , quo óculus intérior luminatur , & impinguátur ánima caput , quod est fidès nostra , cui óleum est doctrinæ cælestis in-

fusio. Itaque óleum pec-
catoris non impinguet
cáput nostrum , neque
muscæ moritúræ extér-
minent óleum suavitâ-
tis : ut semper nobis ca-
put Christus sit , nec
unquam deficiat óleum
cápiti nostro , quia un-
guéntum exinanítum
est nomen ejus : & tunc
omnibus perféctis sén-
sibus érimus vîrgines sa-
piéntes, si in nobis mán-
ferit sapiéntia Dei , per
quam facta est etiam in
córpore fæcunda virgi-
nitas.

Te Deum laudamus.

Si haec dies venerit in
Sabbato , nona lectio
erit de Homilia vigiliæ
Sancti Andreæ : & fiet
commemoratio ejusdem
ad Laudes.

Ad vesperas Duplex
de octava. Et omnia di-
cuntur sicut in primis
Vesperis Festi. 3. cum

commemor. Sancti Sa-
turnini.

Si verò dies octavæ
venerit in Dominica ,
Vesperæ dicuntur de
Psalterio : & à cap. fit
de Sabbato ante Do-
minic. i. adventus , cum
commemor. octavæ per
ant. ad Magnificat &
y. ex primis Vesp. Fes-
ti, & commemor. Sancti
Saturnini : ac in com-
pletorio non dicuntur
preces.

DIE XXIX. NOV.

In Octava Sanctæ Ce-
ciliæ. Duplex.

In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.
Lectio iv.

Ex actis S. Cæciliæ.

Um amplius
quadringén-
ti omnis æ-
tatis , sexûs,
& fortunæ homines qui



39. Novem. In octava S. Cæciliæ. 63

in ædes Cæciliæ con- absolvéndam esse declâ-
venerant fuissent bapti- rat. Non modò hos te-
zati , & sic dedisset Dó- stes non recuso , inquit
minus virginī in domo virgo , sed exposco : ne-
sua & in muris suis no- que mortem hórreo , à
men mélius , à filiis & qua præclârus triúm-
filiâbus ; domus ejus in phus ôritur , & immor-
Ecclésiis Christianô- tâles corónæ nascúntur.
rum ex tunc habéri cæ-
pit : quam vîr clarissi-
mus Gordiânus Urbâni
rogâtu, suo nómine nun-
cupavit : & in ea Urbânuſ secrétus in póst-
rûm delituit. Quàm plú-
rimis intereà idolórum
cultôribus ad lucem ve-
ritâtis accedéntibus , cū
númerus Christo cre-
déntium augerétur in
dies , Cæciliam Almâ-
chius sibi iterùm fisti-
jubet ; & post alia plú-
rima, testes adesse dixit,
qui eam Christiânam
esse accusârent ; modò
tamen ipsa se Christiâ-
nam diffiterétur , juxtâ
Imperatôrum edictum ,

R. Cilicio. pag. 19.

Lectio v.

DUmque Cæcilia loqui pérgeret : &
ímpiam & iniquam esse
Præfècti & Imperatô-
ris adversùs Christiânos
senténtiam demonstrâ-
ret ; sermonem ejus ab-
rumpit Almâchius , &
eam diis sacrificâre ju-
bet. Cùmque Cæcilia
jussa ipsius deósque des-
piciens ; hos inania esse
simulâchra , ac meros
esse lâpides perspicuè
& evidenter osténderet :
Præfèctus furóre incén-
sus , eam reduci impe-
rat in domum suam ; in
bâlnei sui hypocáusto

includi, & in eo consumi. Verum cum die ac nocte, illuc inclusa, licet maximâ lignorum vi suppeditata, ardentissimus ignis in subjecta fornace succensus, jupiter exarderet; velut in frigidario locata, penitus illæsa permanisset; Praefectus carnificem mittit, qui caput illi ibidem abscondat. Spiculator tribus iectibus percussam, nec dum truncatam capite, prostratam humi, & semianimem reliquit, quam defunctam esse putaret.

R. Cæciliam. pag. 20.

Lectio vi.

Dum sanguinem de vulnibus undantem, spongiis excicare studerent astantes, illumque linteis reverenter abstegerent; Cæcilia triduanas à Domino poposcit inducias,

ut domum suam Urbanus Ecclesiam consecraret. Hoc in statu, spectaculum facta Deo, Angelis, & hominibus, tribus diebus superestes, quæ Dei sunt loquens, & eos quos aluerat & edocuerat, in Christi nominis confessione confirmans, quæ reliqua erant suæ substantiae per Urbânū pauperibus erogavit. His peractis, orans adhuc, & animam suam corde & ore Deo comméndans, tot monilibus exornata, ad cœlestis agni nuptias advolavit, vigemâ secundâ Novembribus. Cujus corpus Urbanus, concomitantibus Diaconis, in cæmetérium Callisti noctu intulit, & aureis indumentis vestitum, cum linteis quibus facer illius sanguis extersus fuerat, eo in loco

29. Novem.

In octava S. Cæciliæ.

65

loco sepelivit, ubi Tiburtii, Valeriani, & Mâximi côrpora fuerant ab eo sepulta. Qui locus ad Sanctam Cæciliam inde dictus; sub nômine tamen cæmetérii Callisti, qui ibidem passus est; & sub nômine cæmetérii Prætextati, sæpiissimè designatur.

¶ Domine Jesu Christe. pag. 21.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII. cap. 25.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Símile erit regnum cælorum decem virginibus; quæ accipiéntes lámpades suas, exierunt óbviām sponso & sponsæ. Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

IN quinque prudéntibus, & in quinque fâtuis, fidélium atque infidélium est constituta divisio. Sponsus atque sponsa, Dóminus noster est in corpore Deus. Nâ ut spiritus carni, ita spíritui caro sponsa est. Lámpades, animarum splendéntium lumen est, quæ Sacraménto Baptismi splenduerunt. Oleum, boni óperis est fructus. Vasa, humâna sunt còrpora, intra quorum vís cera thesaurus bonæ consciéntiæ recondéndus est. Vendéntes sunt hi, qui misericórdia fidélium indigéntes, redundunt ex se petita coméracia, indigéntiæ suæ scilicet satietate boni óperis nostri consciéntiam veneúntes. Hæc enim indéfessi lúminis

I

copiōsa matéries est, quæ misericordiæ fructibus & emenda est, & recondenda. Nuptiæ, immortalitatis assūptio est, & inter corruptionem atque incorruptionem ex nova societate conjunctio.

R. Beata Cæcilia, &c.
pag. 25.

Lectio viii.

M Ora Sponsi, pœnitentiæ tempus est. Expectantium somnus, credentium quies est : & in pœnitentiæ tempore mors temporaria universorum. Nocte média clamor, cunctis ignorantibus tubæ vox est, Domini præcedentis adventum, & univerſos ut óbiam sponso éxeant excitantis. Lámpadum assūptio, animarum est réditus in corpora: earumque lux, conscientia boni óperis elúcens, quæ vasculis

cóporum continetur. Prudéntes vírgines hæ sunt quæ opportunum in cóporibus operandi tempus amplexæ, in primum se occúrsum adventûs Dominici préparáverint. Fatuæ autem, quæ dissolutæ ac negligentes, præfentium tantum sollicitudinem habuerint : & immemores promissorum Dei, in nullâ se spem resurrectionis exténderint.

R. Cæcilia me misit ad vos, &c. pag. 26.

Lectio ix.

ET quia prodire óbiam fatuæ extinctis lampádibus non posunt ; deprecántur eas quæ prudéntes erant, ut óleum mutuéntur. Quibus respondérunt, non posse se dare, quia non sit forte quod omnibus satis sit : alienis scilicet opéribus ac mé-

ritis néminem adjuvândum ; quia unicuique lámpadi suæ émere óleū sit necéssæ. Quas hor- ciantur ut rédeant ad eméndum : si vel sero præcéptis Dei obse- quéndo , cum lámpa- dum luce sponsi dignæ efficiántur occúrsu. Qui- bus morántibus , spon- sus ingréssus est ; atque unà cum eo in nuptias sapientes , quæ compa- ráto lámpadum lúmine operiebántur , intróe- unt ; id est , in cœlef- tem glòriam sub ipso statim advéntu Domi- nicæ claritatis incédunt. Et quia jam pœnitén- tiæ nullum est tempus ; fátuæ accúrrunt , aperi- ri sibi áditum rogant. Quibus respondétur à sponso , quia néscio vos.

T e Deum.

Si hæc dies octavæ
venerit ante Adventum ,

nona lectio erit de Ho- milia vigiliæ Sancti An- dreæ Apostoli , & fieri commemor. de vigilia , ac de S. Saturnino mar- tyre ad Laudes. Si Oc- tava venerit in Adven- tu , fit commemoratio feriæ & S. Saturnini mart. in Laudibus , & non fit commemor. vi- giliæ nisi in Missa.

Vesperæ de S. An- drea cum commemor. Octavæ per Antiph. & y. ex secundis vesp. festi.

Quod si dies Octavæ S. Cæciliæ venerit in Dominica , fit officium de Dominica prima ad- ventus cum col. viol. & com. Octavæ , ac S. Sa- turnini martyr. in Lau- dibus , & Missa , in qua non dicitur Gloria in ex- celsis. Prima , ut in Psal- tio , cum solitis quatuor Psalmis & Symbolo. Qui- cùmque , fine precibus.

Vesperæ de S. Andrea : In secundo Nocturno.
cōminemoratio Domini-
nicæ , deinde octavæ.

I. Decemb.

Lectione iv.

Ex vita Sancti Eligii ,
Autore S. Audoeno.

DIE I. DECEMB.

In Festo Sancti Eligii ,
Episcopi. Semid.

Omnia de communi
Confessoris Pont. præ-
ter Lectiones 2. Noct.
Oratio Da quæsumus.
Commemoratio Sancti
Saturnini, Episcopi To-
losani , & Martyris.

Oratio.

Deūs , qui Beatum
Saturninum Pon-
tificem , tauri furentis
pédibus alligatum , glo-
rioso martyrio corona-
sti : concede propitius ,
ut intercessionis ejus au-
xilio , cœlestia gaudia
consequi mereamur. Per
Dominum nostrum Je-
sus Christum Filium
tuum , &c.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.



L I G I U S
Lemovix ,
aurifaber
industrius ,
relictâ pá-
triâ in Frânciam se cón-
tulit , ubi perîtae suæ
fâma Clotário secûndo
innótuit. Sanctioris vi-
tæ desidério accénsus ,
ómnium ab adolescén-
tia delictórum exomo-
lôgesim fecit coram Sa-
cerdóte , & gravem pœ-
nitentiam perégit. Ex
eo tempore in ópera pie-
tatis omni studio incú-
buit ; nam étiam cùm
artem exercébat , sub-
inde in sacros códices
intendébat óculos : ita
ut mens Deo vacáret ,
dum manus úsibus ser-
viébat humánis. Quid-
quid vérò arte suâ com-

parâbat , illud totum quâm Clotário Patri :
 fovéndis egénis & cap- & ab illo ad Aremoricô-
 tîvis rérum etiam sibi rum Regem pacis com-
 necessariárum dispón- ponéndæ causâ missus ,
 dio rediméndis , erogá Reges ambos fœlici fœ-
 bat. Hinc tantus ad eum dere sociávit. Varia e-
 pauperum concûrsus , ut jus hortátu & impensis
 quærénti domum Eligii extrúcta sunt Templa &
 dicerétur , ubi paupe- Monastéria. Solemnia-
 rum cœtum conspexe- cénse in Lemovicibus
 ris , illuc & Eligium re- Cœnóbium cóndidit ;
 péries. Intrà domum Parisiis aëdificávit Mo-
 autem vacábat oratióni nastérium vírginum , ad
 cum familiáribus , qui quarum cörpora sepe-
 diù noctúque in ejus cá- lienda Ecclésiam Sancti
 mera canonicū cursum Pauli constrûxit. Plúri-
 solénniter adimplébant. ma diversis tempôribus
 Rx. Inveni David ser- auro , argento , & gem-
 vum meum , oleo san- mis ornávit sepúlchra
 cto meo unxi eum : Sanctórum ; Germani
 Manus enim mea auxi- vidélicet , Severini A-
 liabitur ei. gaunensis , Martini , Ge-
 Rx. Nihil proficiet ini- novéfæ , Colúmbæ , &
 micus in eo , & filius aliòrum : & Mausoléum
 iniquitatis non nocebit inprîmis Martyris Dio-
 ei. Manus. nysii mirífico artificio
 Le&tio v. decorávit. De Ecclesiæ
 N On mînus accep- disciplina sollicitus si-
 tus Dagobérto , moniacâ lab  qu  altas

Le&tio v.

N On mînus accep-
 tus Dagobérto ,

in Gallia égerat radices, junctis cum Audoéno studiis extirpávit : & utérque perfécit, ut nul-lus Episcopus deinceps eligerétur, nisi qui in-tegritáte morum céteris præfulgéret.

R. Posui adjutorium su-per potentem, & exal-tavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

X. Inveni David ser-vum meum, oleo sancto meo unxi eum. Ma-nus enim.

Lectio vi.

Tot in Ecclésiā me-ritis clarus, mor-tuo Achário Diœcési Novioménsi præpositus est. Cavit tamen ex usu cánonum, ne sibi priùs manus imponeréntur, quàm sub norma Cleri-catūs aliquod tempus exegisset. Quo transfaeto Presbyteris adscrip-

tus est à Deodáto Matiſconénsi. Tum Rotómagi unà cum Sancto Audoéno, die Maii decimâ-quartâ, Dominicâ ante Litánias, in Episcopum est consecrátus. In eo ordine non modò saluti grégis sibi com-missi consuluit, sed & Flandros ac Frísios, aliósque ad Septentri-onem pópulos non sine magno labóre, & vitâ discrîmine, ad Chris-tum addúxit. Sedit in Concilio Cabilonenſi sub Clodovéo secundo.

Multa præclarè scripsit; & variis mirâculis clari-sus, Noviòmi obiit septuagenârius. Ejus funus Regîna Bathildis pedes, nec sine lâcrys-mis, cum liberis & tota familia prosecûta est.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operáitus est, & omnis

9. Decemb.

Sanctæ Eulaliæ.

71

terra doctrína ejus re-pléta est: * Ipse inter-cédat pro peccátis óm-nium populorum.

¶. Iste est qui com-témpsit vitam mundi , & pervénit ad cælestia regna. Ipse intercédat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno. Homilia Sancti Gregorii Papæ, in Evangelium Homo peregrè proficiscens , de communi Conf. Pont.

In Laudibus & Mis-sa , commem. S. Saturnini Episcopi & Mart.

Missa Statuit.

DIE IX. DECEMB.

In Fest. Sanctæ Eulaliæ Virginis & Martyris. Semiduplex.

Omnia de communi Virg. & Mart. præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

Deus , qui Sanctæ Martyri tuæ Eu-

laliæ pro pœna gloriæ, pro morte vitam , pro infirmitate virtutem , pro passione corónam tribuisti : præsta , ut si-cut illa exultat in gló-ria , sic nos de tua mi-sericordia gratulemur , & in æternum véniam , te donante , conféqui mereámur. Per Do-minum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & reg-nat in unitate Spiritus Sancti , &c.

Et fit commemoratio feriæ, ac deinde Sanctæ Valeriæ Virg. & Mart. per antiph. Simile est regnum cælorum.

¶. Diffusa est gratia.

¶. Proptereà.

Oratio. Indulgentiam , ut in communi Virgi-num & Martyrum.

In primo Nocturno. Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Prudentius Lib. 2. de
coronis, Hymn. 3.



ULALIA
virgo Eme-
ritam Lusi-
taniæ civi-
tatem ortu
& martyrio illustrá-
vit. Annórum duóde-
cim nata, cùm in Chri-
stianam Religiónem es-
set exorta persecútio,
multique Christiâni pro
Christo sanguinem fu-
dissent, ad Præsidē con-
téndere, eumque Ty-
ránnidis argûere decre-
vit. At verò paréntes
eius domum, quam ru-
ri procùl ab urbe habé-
bant, invítam adduxé-
runt; ne in apertum se
periculum conjiceret.
Itaque domi aliquandiù
detenta, cùm Christi
amóre æstuáret, noctu
referátis clanculùm fó-

9. Decemb.

ribus, per loca vepri-
bus & situ senta, pédi-
bus laceris ad urbem An-
gélico comitáta præsi-
dio contendit: & primo
dilúculo tribunal intre-
pidè âdiens, exclamâ-
vit: Quis furor aut men-
tis infânia vos exâgitat,
ut mutis & nullo sensu
præditis simulâchris ho-
nores deferatis? Dii
omnes Déæque nihil
sunt; sed & ipse Maxi-
miánus nihil est.

R. Propter veritatem,
& mansuetudinem, &
justitiam; * Et deduc-
et te mirabiliter dex-
tera tua.

R. Specie tua, & pul-
critudine tua, intende,
prosperè procede, &
regna. Et deducet.

Lectio v.

TAlibus dictis Præ-
ses in fúrias exci-
tatus, Virginem com-
prehéndi, & supplició-

rum

9. Decemb.

Sanctæ Eulaliæ.

73

rum atrocitatē ab hujūs-
modi confessiōne jubet
abdūci. Blanditiis ta-
men ánimū ejus ad
spreta mundi oblecta-
mēta revocāre conā-
tur. Ad quæ nihil res-
pondens Martyr , sed
spíritu frémens , & in
faciem Tyranni sputa-
jaciens , simuláchra dis-
sipāvit. Tunc iussu Præ-
fidis Carnífices lātera
Virginis ungulis invá-
dunt, pectus dilácerant,
carnes ad ipsa usque ossa
discérpunt. Eulália ve-
rò nullâ doloris vel gé-
mitūs significatiōne da-
tā , in tantis cruciāti-
bus Christum sic allo-
quebātur : Scíberis ec-
ce mihi, Domine, quām
juvat hos ápices légere,
qui tua , Christe , tro-
phæa notant ! Nomen
& ipsa sacrum lóquitur
púrpura sanguinis elici-
ti. Quare Præses eam

flammis exúri , lampâ-
dibusque ad lātera ad-
mótis , graviùs torquéri
jussit. Tum illa , vorâ-
ces flamas ore pâtulo
haurire visa est : ac tunc
émicans ex ore colum-
ba nive candidior cœ-
lum pétuit ; occubuit
que Virgo sacra glorió-
so triumpho : statimque
nudatum ejus corpus
nive fuit obtéctum.

P. Dilexisti justitiam ,
& odisti iniquitatem :
* Proptereà unxit te
Deus Deus tuus oleo
lætitiae.

V. Propter veritatem &
mansuetudinem & justi-
tiam. Proptereà.

Lectio VI.

Ex sancto Gregorio Tu-
ronensi. Lib. I. de glo-
ria Martyrum , cap. 91.

E Ulália gloriosa a-
pud Emeritam ur-
bem passa, magnum mi-
ráculum in die immola-

K

tionis suæ pôpulis profert. Sunt igitur ante ejus altâre , quo sancta membra tegûntur , tres ârbores, sed ignarus ego cuius sint gêneris. Cùmque jam medio mense décimo , quando ejus passio celebrâtur , sint ab omni foliôrum decôre nudâtæ , eâ die in lucescente cælo , in modum columbæ alitis flôres prôferunt suavitâtis, scilicet quòd sanctus ejus spîritus in columbæ specie penetrâverit cælos , & quòd beatum ejus corpûsculum jam exâнимè vestibûsq; nudatum , nix cælitùs de cídua molli vellere contéxisset. Quod mirâculum si sólitâ ârbores protulerint libertâte , scit pôpulus sibi annum vel pressuris vâcuum , vel frûgibus plenum. Quòd si tardius flores

ex môre paruerint, cognoscit plebs sua hoc fieri noxâ : nam priusquam erùmpant , quærula ad sepûlcrum Martyris ac moesta decûmbit , déprecans ut sólitam promereâtur cōspîcere grâtiâ : sed nec psalléndo procédit , si hæc manifestâta non fuerint : si placâtur Martyr à lâcrys mis plébis , emérunt prôtinus ex arbôribus gemmei flores , qui odorem nectâreum respirântes , ânni mœstatiâ & adventu lætificent , & reficiant suavitâtē. Déhinc diligenter collégi , & in Basiliacam Sacerdôti delâti , Processio cum gaudio celebrâtur : nam & hos flores sæpius infirmis prodésse cognovimus.

R. Afferentur Regi virgines post eam , proximæ ejus , * Afferentur

io. Decemb.

Sanctæ Helenæ.

75

tibi in lætitia & exulta-
tione.

X. Specie tua & pul-
chritudine tua , intende
prosperé , procede , &
regna. Afferentur. Glo-
ria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno.

Homilia Sancti Grego-
rii Papæ , in Evangelium : Simile erit reg-
num cælorum decem
Virginibus.

In Laudibus & Missa fit
commemoratio octavæ ,
feriæ , & S. Valeriacæ.

Massa. Loquebar.

In secundis vesperris
à capitulo de S. Hele-
na , cum commemo-
ratione Sanctæ Eulaliæ ,
octavæ , feriæ , ac San-
cti Melchiadis.

DIE X. DECEMB.

In Festo Sanctæ Hele-
nae , Imperatricis.

Semiduplex.

Omnia de communi
nec Virg. nec Mart.

præter ea quæ infrâ ha-
bentur.

Oratio. Exaudi nos.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura
mattino occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

De sermone Sancti Ambro-
sii Episcopi. Orat.
de obitu Theodosii
Imperatoris.



EATUS est
Constanti-
nus matre
Hélena, quæ
Imperati fi-
lio divini munera quæ-
sivit auxilium , quo in-
ter prælia quóque tú-
tus assisteret, & pericu-
lum non timéret. Mag-
na fæmina , quæ mul-
tò amplius invénit quod
Imperatori conferret ,
quam quod ab Impera-
tore accíperet. Anxia
máter pro filio , cui
Regnum orbis Romá-

K ij

ni césserat , festinávit Hierosólymā , & scru-táta est lócum Domini-nicæ passiónis. Stabulá-riam hanc prímo fuisse áfferunt , sic cognitam Constántio Seníori , qui pôstea régnū adép-tus est. Bona Stabulá-ria , quæ tam diligénter præsepe Dómini , quæ-sivit. Bona Stabulária , quæ Stabulárium non ignorávit illum , qui vúlnera curávit à latro-nibus vulnerâti. Bona Stabulária , quæ maluit existimâri stêrcora , ut Christum lucrifâceret. Ideo illam Christus de stêrcore levâvit ad regnum , secúndum quod scrip-tum est : Quia sus-citat de terra inopem , & de stêrcore érigit páuperem.

R. Propter veritatem , & mansuetudinem , &c.

PAG. 72.

Lectio v.

VEnit ergo Hélena , cæpit revisere lô-ca sancta : Infudit ei sp̄ritus , ut lignum Crucis requireret : Ac-céssit ad Gôlgotam , & ait : Ecce lócus pugnæ , ubi est victória ? Quæ-ro vexillum salutis , & non invénio. Ego , in-quit , in regnis , & Crux Dómini in pûl-vere ? Ego in aulis , & in ruinis Christi triúm-phus ? Ille adhuc látet , & látet palma Vitæ æternæ ? Quómodo me redemptam árbitror , si redémptio ipsa non cér-nitur ? Aperit itaque húmum , décutit pûlverem , tria patibula con-fusa réperit , quæ ruïna contéxerat , inimicus absconderat. Sed non pótuit oblitterári Chri-sti triúmphus. Incépta hæret , ut mulier , sed

10. Decemb.

Sanctæ Helenæ.

77

certam indaginem sanctus Sp̄itus inspirat, eo quod duo latrones cum Dōmino crucifixi fūerint. Quærit ergo medium lignum. Sed poterat fieri, ut patibula inter se ruina confundere, cāsus nudaret & invéteret.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem,

pag. 73.

Lectio. vi.

A nābat tāngere rémédia immortalitatis, metuēbat calcare Sacraméntum salutis. Veritatis līnum refūsit, & grātia mīcuit, ut quia jam fæminam visitāverat Christus in Maria, spiritus in Hēlena visitaret. Quæsivit clāvos quibus crucifixus est Dōminus, & invénit. De uno clavo frēnos fieri præcepit, de

áltero Diadéma intēxit: unum ad decorem, álerum ad devotionem vertit. Utrōque usus est Constantinus, & fidem transmisit ad pôsteros rēges. Sâpiens Hélena, quæ crūcem in cāpite Régum levâvit & locâvit, ut Crux Christi in régibus adoretur. Non insoléntia ista, sed pietas est, cum defértur sacræ redemptiōni. Bonus itaque clāvus Români Impérii, qui tōtum régit orbem, ac vestit Principum frontem: Ut sint Prædicatōres qui persecutōres esse consuérunt. Recte in cāpite clāvus, ut ubi sensus est, ibi præsidium; in vértice corôna, in mânibus habéna. Corôna de Crûce, ut fides lucéat; habena quóque de Crûce, ut potestas régat: sit-

que jústa moderatio,
non injústa præceptio.

R. Fallax gratia, & va-
na est pulchritudo : *
Mulier timens Deum,
ipsa laudabitur.

X. Date ei de fructu ma-
nuum suarum, & lau-
dent eam in portis ope-
ra ejus. Mulier. Glo-
ria Patri. Mulier.

In tertio Nocturno.

**Homilia S. Gregorii Pa-
pæ in Evangelium :** Si
quis vult post me veni-
re. de communione unius
Martyris.

Missa. Cognovi Do-
mine. de communione pro
nec Virgine nec Mar-
tyre. **Evangelium.** Si
quis vult post me veni-
re. **Matth. 16.** de com-
muni unius Mart. Pont.

DIE XII. DECEM.

In Festo S. Diogeniani,
Episcopi Albiensis.
Duplex.
Omnia de communione

Confessoris Pontificis,
præter ea quæ sequun-
tut.

Oratio. Exaudi.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.
Lectio iv.



E Sancto
Diogeniá-
no Albigén-
sium Epíscopo , qui

Domini grégem pa-
cébat anno quadringen-
tésimo nóno , Beatus
Gregórius Turonén sis
post sanctum Paulinum
Episcopum Nolánum ,
hæc habet Históriæ Frá-
córumb libro secúndo cá-
pite décimo tértio. Si
énim hos vides dignos
Dómino Sacerdótes ,
vel Exsupérium Tolô-
sæ , vel Simplicium Vi-
énnæ , vel Amándum
Burdégalæ , vel Dioge-

niânum Albigæ , vel Dynâmium Engolîsmæ , vel Venerândum Arvernus , vel Aléthium Cädûrcis , vel nunc Pegâsium Petragóriis , ut cùnque se hâbent sæculi mala , vidébis profectò dignissimos totius fidei Religionisque custôdes.

R. Inveni David servum. pag. 69.

Lectio v.

Ex libro curæ Pastoralis S. Gregorii Papæ.

Parte 2. cap. 1. 2. 3. & 4.

TAntum débet actionem populi actio transcendere Præfusilis , quantum distare solet à grege vita Pastoris. Sit operatiōne præcipuus , ut viatæ viam subditis vivendo denūntiet ; & grex qui Pastoris vócem morisque sequitur , per exempla mélius quàm per verba gradiatur. Qui

énim lôci sui necessitate exigitur summa dicens , hæc éadem necessitate cōpellitur summa monstrare. Illa namque vox libétius auditôrum cor pénétrat , quàm dicentis vita comméndat. Sit rector discréitus in silêntio , útilis in verbo , ne aut tacenda proferat , aut proferenda reticécat. Nam sicut inculta locútio in errorem pértrahit , ita indiscretum siléntium hos , qui erudiri pôterant , in errore dereliquit.

R. Posui adjutorium super. pag. 70.

Lectio vi.

Capit. 5. & 6.

SIt singulis compas- sione próximus , præ cunctis contemplatiōne suspensus , ut & per pietatis viscera in se infirmatatem ceterorū tránsferat , & per speculatiō-

nis altitudinem semet-
ipsum quoque , invisi-
bilia appetendo , trans-
cendat : ne , aut alta
petens, proximorum in-
firma despiciat , aut in-
firmis proximorum con-
gruens , appétere alta
derelinquit. Sit réctor
benè agéntibus per hu-
militátem sòcius, contra
delinquéntium vitia per
zélum justitiæ eréctus.
Nam cuncti qui prèfunt,
non in se potestátem dé-
bent ordinis , sed æqua-
litátem pensare condi-
tiōnis ; nec præesse se
hominibus gáudeant ,
sed prodésse. Et tamen
necéssè est ut rectores
à subditis timeāntur ,
quando ab eis Déum
minimè timéri depre-
hēndunt , ut humánâ
saltem formidine pec-
câre mètuant , qui ju-
dicia divina non formi-
dant. Summus itaque

12. Decemb.

locus bénè régitur, cùm
is qui præfet , vitiis pót-
tiùs quām frátribus do-
minátur.

R. Iste est. pag. 70.

In tertio Nocturno.

Homilia Sancti Hilarii
Episcopi , in Evange-
lium , Vigilate.

Missa. Sacerdotes.

DIE XIV. DECEM.

In Festa S. Desiderii;
Episcopi Cadurcensis.

Semiduplex.

Oratio. Da quæsumus ,
de communi Confesso-
ris Pontificis.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura
ocurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex ejus vita , in Gallia
Christiana.



ESIDERIUS
Patre Sal-
vio, & Ma-
tre Arche-
néfeda Obrége oppido

in Albiénsi pâgo natus; ut erat cæteros inter Gallos ex utróque parénte nobilissimus, in Clotárii Francôrū Régis palátio, unà cum Rústico & Syágrio germânis suis spléndidè fuit educâtus. Adoléscens, jam tum Romanârum lágum, & eloquéntiæ peritissimus, Régiis thesauris ab eódem Clotário præficitur. Hoc in ministério constitûtus, in egéños summôperè beneficu[m], ómnibus af-fabilem se præbuit. Aulicam minùs inter áulica impediménta quâm Monâsticam vitam dégens, dum officii sibi commissi múnus summâ fide ac sedulitâte adimpleret, oratiôni noctù diuque vacâbat. Excérptas quasdam è Sacris páginis sententias secum in ânimo versans, fre-

quentîque pœnârum inférni meditatiône, se contra Dæmonum impugnatiônes tutabátur. Singulârem cum sanctis viris Sulpítio, Eligio, & Audoéno societâtem inîvit: quorum exémplis incénsus, corúmque vestigiis inhærens, inter pompas sæculi, virtutum ómnium splendore nitébat. Mórtuo Syágrio, qui post multa diutinâque Palátiî ministéria, nobilissimâ virgine Albiénsi, Bartoléna nômine, in matrimónium ductâ, Comitatûs Albiénsis, urbisque Massiliæ gubernâcula diù gésserat; in ejus lôcum à Dagoberto Rege sufféctus est.

B2. Inveni David servum. pag. 69.

Lectio v.

IN Aulam redux, Rústico áltero ipsius frâ-

L

tre, qui Ecclésiam Cadurcensem septénnio réixerat, immániter trucidato, unánimis Cadurcensis Cléri suffrággiis, totiusque populi vōtis, in germâni sui lōcum élēctus est. Hanc dignitatem ita piè ac prudenter administravit, ut non tam infulis quām virtutibus illum crevisse apparēret. Singulis étenim virtutibus in se augēndis ita deinceps incubuit, ac si ea. rum uni acquirēndae stu- duisset: singulisque diēbus ita ad mortem in posterūm se accinxit, ac si diēbus singulis fuisset moritūrus. Suæ domūs impensas ita compósuit, ut ea nec spléndida ni- miūm, neque nimiūm esset angusta. Réliquum verò suorum provéntuū bonaque ipsa, tum quæ ex opulēntis paréntum

successiōnibus illi obvenerant, tum ea quæ Régum munificētiā sibi comparâverat, in ædificāndis & locupletāndis Ecclésiis, impéndens, plures Albiæ, multoque plures Cadurci, constrúxit Ecclésias.
¶ Posui adjutorium,

pag. 70.

Lectio vi.

C Adurci in prīmis, novas ædes Monastérii, novāmque ejus Ecclésiam, Sancto Amāndo dicātam, quādris lapidibus magnifice ædificāvit. Cūm autem Basilicam Cathedralem quām plurimis villis, tum in Cadurcensi, tum in Albiensi território sítis, cum domo eximiae magnitudinis, infrā muros Civitatis Albiensis constucta, locupletāset; numerosis eam candelā-

bris, numerosisque vâ-
sis, auro gemmisque ru-
tilantibus, exornâvit; &
bonorum omnium, quæ
ipsi supérerant, instituit
hærèdem. Paupéribus
interim sublevândis ita
pervigili curâ prospéxit,
ut nihil ulli unquam de-
fuerit. Plenus diérum
& méritis, in território
Albiénsi fébre corrép-
tus, migrâvit ad Dó-
minum, die décimâ-nó-
nâ Novémbris, anni
cîciter sexcentésimi se-
xagésimi tértii; cùm
Ecclésiæ Cadurcensi tri-
ginta & amplius annis
præfuisse. Cujus cor-
pus cùm Cadúrcum de-
ferrétur, jamque de Al-
biénsium finibus esset
exitûrum, luculéntum
pius Antistes, Dæmo-
niacâ Miliarco ipsius
intercessiōnibus liberá-
tâ, ánnimi ergâ pátrium
solum benefici spéci-

men reliquit. Cadùr-
cum corpus illátum, in
Ecclésia Sancti Aman-
di, quæ jam à plûribus
sæculis ipsius nômine
fuit insignita, cóndi-
tum, diutiùs requiévit.
Ibi Deus fidélis sui Mi-
nistri sanctitatis mérita,
quæ in ejus vita singu-
lari Prophétiae dôno sœ-
piùs decoráverat, innu-
meris conspicuisque mi-
ráculis post ejus mor-
tem illustrávit. Unde
postea ejus Reliquiæ in
Ecclésiam Cathédram
translátæ sunt.

Bz. Iste est. pag. 79.

*In tertio Nocturno.
Homilia Sancti Grego-
rii Papæ, in Evange-
lium, Homo peregrinè
proficiscens.*

Missæ Statuit.

*DIE XVI. DECEM.
In Festo Sancti Lazari
a Christo suscitati.
Semiduplex.*

**Omnia de communi
Confessoris Pontificis,
præter ea quæ hic ha-
bentur propria.**

Oratio.

Deus, Resurrectio
& vita; qui Bea-
tum Lázarum quatri-
duánūm suscitásti à mo-
numénto : da, quæsu-
mus, ejus intercessiōne
ac méritis, ut ablato à
nobis corde lapideo, à
morte peccati resurga-
mus. Qui vivis & reg-
nas, &c.

**In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.**

**In secundo Nocturno.
Lectio iv.**

Sermo Sancti Petri
Chrysólogi. *Serm. 52.*



IRCA Lázar-
rum, & vis
tota mortis
impléta est,
& forma re-
surrectionis plena ref-

pléndet. Ad probânda
quæ diximus, jam præ-
libémus áliqua lectiō-
nis. Misérunt sorores
ejus ad Dóminum, di-
céntes : Ecce, quem
amas infirmátur. Sic
dicéntes, afféctum pul-
sant, interpéllant amô-
rem, convéniunt chari-
tatem, necessitúdinem
necessitúdine géstiunt
summovére : sed Chri-
stus, cui plus est mor-
tem vincere quâm re-
movére langórem ; cu-
jus amáre illud est, non
ut diléctum állevet, sed
ab íferis ut redûcat ;
dilécto, non langoris
medicinam, sed resur-
rectiōnis glóriam, mox
parávit.

**R. Inveni David ser-
vum. pag. 69.**

Lectio v.

T T audívit infir-
mari Lázarum,
sicut dicit Evangelista,

mansit in eodem loco per potentem. pag. 70.

duóbus diébus. Vidétis quemádmodum dat locum morti , licentiam dat sepúlcro , corruptioni posse permittit ; negat nihil putrédini , nihil fœtori : atque ut tártarus rápiat , trahat , hábeat ; admittit : atque agit ut humána spes tota péreat , & tota vis mundanæ desperatiónis excédat , quátenus quid facturus est , divinum sit , non humánum. Tantum autem in loco spéctatione mortis résidet , ut & mórtuum ipse nuntiet ; & tunc ad Lázarum denuntiet se venire. Ait enim ; Lázarus mórtuus est , & gáudeo. Hoc est amásse ? Gaudébat Christus , quia mœror mortis verténdus mox erat resurrexiónis in gáudium.

Posui adjutorium su-

Lectio vi.

ET gáudeo propter vos. Quare propter vos ? Quia in morte & resurrectione Lázari , figura tota mortis & Resurrectionis Dominicæ pingebátur ; & quod erat sicuturum mox in Dómino , jam præcederat in servo. Dicébat semel & iterum Discipulis suis , Ecce ascéndimus Jerosólymam , & Filius hóminis tradétur Principibus Sacerdótū & Scribis , & condemnábunt eum morte , & tradent eum Géntibus ad deludéndum & flagellandum , & ad crucifigéndum : & ista dicens , vidébat eos fieri satis dúbios , satis tristes , satis consolatiōnis extórres ; & nôverat eos ita oppriméndos esse póndere passiōnis , ut

nihil in eis ex vita , nihil in eis ex fide , nihil in eis remanere posset ex luce ; sed tota penè perfidiæ nocte fuscândos. Et ideo mortem Lázari usque ad quatri-duánum tempus proténxit , usque ad fœtorem prævalére permittit ; ut Discipuli dûbium non habérent posse Dóminum post triduum ad. huc recentem surgere , cùm servum vidissent post quatriduánum súrgere jam fœtentem.

Iste est. pag. 70.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio VII. cap. II.

IN illo tempore : dixit Martha ad Jesum : Domine , si fuisses hic , non esset mortuus frater meus. Et reliqua.

Homilia Sancti Am. brosii Episcopi. **Orat.**

de fide resurrectionis.

O Sténdit tibi Dóminus in Evangélio quemádmodum resurgas : non enim unum Lázarum , sed fidem omniū suscitávit. Quod tu si credas cùm legis , mens quoque tua quæ mórtua fuerat , in illo Lázaro reviviscit. Quid enim sibi vult quòd Dóminus ad monuméntum accéssit , magna voce clamávit , Lázare exiforas : nisi ut futuræ resurrectionis spécimen præstáret , exémplum éderet . ? Cur voce clamávit , quasi spiritu non sóleat operári , quasi tacitus non sóleat imperáre ? Sed ut illud osténderet quod scriptum est ; quóniam in moménto óculi , in novissima tuba mórtui resurgent incorrúpti. Tubarum enim crépitus vocis

metitur elatio. Et clamavit, Lázare exi foras; nomen additur ne forte álius resuscitatus pro álio videretur, aut fortuita magis resurréctio quām imperáta.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: Stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

V. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VIII.

A Udivit ergo defunctus, & exi vit foras de monuménto, ligátus pedes & manus institis, & fácies ejus orário colligáta erat. Comprehénde, si potes, quemádmodum clausis oculis iter carpat, vinclis pédibus gradum dirigat, inseparabili gressu, separabili que progréssu. Mané-

bant vincula nec tenébant: tegebántur oculi, sed vidébant. Vidébat dénique qui resurgébat, qui ambulábat, qui deserébat sepúlcrū. Virtute enim divinæ præceptionis operante, natúra suum non requiriébat officium; & tanquam in excéssu pósita, non jam suo ordini, sed divino nütui serviébat. Rúpebántur priùs mortis quām sepulturæ vincula: agebátur priùs quām parabátur incéssus. Si miráris hæc, disce quis imperáverit, tum mirári désines. Jesus Christus Dei virtus, vita, lux, resurréctio mortuórum. Virtus erexit jacéntem; vita gressum extulit; lux fugavit ténebras, reparavit obtútum; resurréctio vivéndi grátiam reformat.

R. Sint lumbi vestri
præcincti, & lucernæ
ardentes in manibus ve-
stris: * Et vos similes
hominibus expectanti-
bus Dominum suum,
quando revertatur à
nuptiis.

V. Vigilate ergo, quia
nescitis qua hora Do-
minus vester venturus
sit. Et vos similes. **G**lo-
ria Patri. Et vos.

Lectione ix.

Fortasse móveat,
quod Judæi lápidem tollunt, Judæi in-
stitas solvunt, ne forte
& tu sollicitus sis qui
lápidem de monumen-
to tuo tollant: quasi ve-
rò qui spiritū refundere
póterat, lápidem re-
movére non póterat;
aut vincula rúmpere,
qui vincitum sécerat am-
bulare; aut deoperire
fáciem, qui opértais ócu-
lis lumen infuderat; aut

findere petram, qui pó-
terat reformare natu-
ram. Sed ut vel óculis
suis créderent, qui cré-
dere mente nolébant;
rémovent lápidem, vi-
dent cadáver, fœtorem
séntiunt, institas rum-
punt: non possunt ne-
gare defunctum, quem
aspiciunt resurgentem;
vident signa mortis, &
vitæ múnera. Quid si,
dum conántur, labore
ipso emendántur? Quid
si dum audiunt vel au-
ribus suis, credunt?
Quid si dum intuén-
tur vel óculis suis, corri-
guntur? Quid si dum
rumpunt vincula, men-
tes suas solvunt? Quid
si dum Lázarus exúitur,
pópulus liberátur; dum
Lázarum abire permit-
tunt, ipsi ad Dóminum
revertúntur? Dénique
multi qui vénérant ad
Maríam, vidéntes quæ
facta

16. Januar. **Sanctæ Genovesæ.** 89

facta sunt , credidérunt. mis Vesp. Laud. & Mi-
T e Deum. fa ; & nona lectione.

Missa. Statuit. **Oratio.** Exaudi nos. de
Epistola & Evangelium
ut in feria sexta post
Dominicam quartam
Quadragesimæ. Scilicet,
Epistola ex libro tertio
Regum ; quæ incipit :

IN diebus illis : Egrotavit filius mulieris
matris familias , &c.
Evangelium ex S. Ioan-
quod incipere debet ab
his verbis :

IN illo tempore di-
xit Maria ad Jesum :
Domine , si fuisses hic ,
non esset mortuus frater
meus. Jesus ergo , ut
vidit , &c.

DIE XVI. JANUA.

Commemoratio sanctæ
Genovesæ Virginis.

Officium fit de sancto
Marcello Pap. & Mart.
Semid. ut in Breviario :
cum commemoratione
sanctæ Genovesæ in pri-

mis Vesp. Laud. & Mi-
fa ; & nona lectione.

Oratio. Exaudi nos. de
communi Virg.

Lectio ix.

Ex ejus vita apud Boll.



ENOVEFA ,
in agro Parisiénsi na-
ta , virtutis
splendore à
teneris annis cláruit.
Sanctus Germânuſ Antifiodorénsis Episcopus
eam vitæ sanctitatem illú-
strem fore prædixit. Pu-
ellæ manus impôsuit ,
illámque virginem con-
secrâvit. Miraculórum
dono excélluit Geno-
véfa. Plárima Prophé-
tico spíritu prædixit ;
atque in primis , acce-
dente Attila Hunnórum
Rege , Parisiénsem ur-
bem pollicita est , sub-
vérsis áliis munitiōri-
bus , perstitúram. Gras-
fante fame , Urbem

M

magna frumenti cōpia sustentavit. Germánus eam vāriis impetitam calūmniis divino eloquio consolatus, hábitâ ad pôpulum oratiōne, quanti esset apud Deum mériti, expôsuit. Ab anno ætatis décimo quinto ad usque quinquagésimum, Domini- câ tantum die & quintâ fériâ jejünium solvit, sumpto pane hordeáceo ac mōdico pulmēnto. Póstea, suadéntibus E- pîscopis, pîsciculis & lacte usa est. Simeon Stylites, auditâ Virgi- nis famâ, ejus se pré- cibus voluit commen- dātum. In Christi ser- vitute ad octoginta an- nos consenuit. Mor- tuum suscitavit. Ad vir- ginis cùmulū frigoriti- cōrum febres ejus vir- tute sæplissimè restin- guntur: & alia miracu-

la perpetrântur.

Te Deum.

DIE XXI. JANUA.

Commemoratio sancti Fructuosi Episcopi & Martyris.

Officium fit de S. Agnête Virg. & Martyr. Dupl. ut in Breviario: cum commem. S. Fructuosi in 1. Vesp. Laud. & Missa; & nona lectione.

Oratio. Deus qui nos Beati. de commu. unius Martyris.

Lectio ix.
Ex actis Sinceris Mart.



RUCTUO-
sus Tarra-
conénsis E-
piscopus,
Vaietano & Galliéno
Imperatôribus, ductus
est ad amphitheâtrum,
cum Diacônibus suis
Augúrio & Eulôgio.
Cumque multi ex fra-
térrna charitâte eis offér-

rent, ut conditi permixti poculum sumerent, ait: Nondum est hora solvendi jejunii. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem in carcere quartâ feriâ statîonem solémniter celebráverant. Tunc accéssit ad eum commiliatio frater, rogans ut sui memor esset. Cui Fructuósus respôndit: In mente me habére necesse est Ecclésiam Catholícam, ab oriénte usque in occidéntem diffusam. Jam in igne singulis constitutis, cùm exustæ fuissent fasciolaræ; quibus manus eorum fuerant colligatæ; orationis divinæ, & solitæ consuetudinis mémores, positis génibus, in signoque tropæi Dómini constituti, Dóminum deprecabantur donec simul áimas effu-

dérunt. Tunc Sanctus Fructuósus cum Diacônibus in cælum ascéndere visus est à fidélibus plurimis. Martyrum cineres collectos, prout quisque pótuit, sibi vindicavit. Sed Fructuósus fratribus apparens, eos mónuit, ut quod unusquisque per charitatem de cineribus usurpáverat, uno in loco simul condéndos curárent.

Te Deum.

DIE XXV. JANUA.
**Commemoratio sancti
 Præjecti, Episcopi &
 Martyris.**

Officium fit de Conversione sancti Pauli, Dup. maj. ut in Breviariis cum commemoratione sancti Præjecti in primis Vesp. Laud. & Missa; & nona lectione.

Oratio. Deus qui nos, &c. de communis animis Martyris.

Lectio ix.

Ex ejus vita apud Boll.



RÆJECTUS Cathólicis parentibus in Arvérnia natus, regnante Chlotário secúndo, adoléscens Genésio tunc Archidiácono instituéndus tráditus est, qui largiendârum cleemosinârum curam ei commisit. Ad Episcopátum evéctus Genésius, Præjectum, quem suis fréquenter interésse consultatióibus volebat, Issiodorénsi præfécit Ecclésiæ. In qua castitatis studio conspícum, charitâte exímium, précibus incumbéntem, jejuniiς déditum, Scriptûris meditándis inténtum, humilitáti studéntem fese exhibuit. Deinde Candidinénsis Cænobii régimen est adéptus.

Demùm Episcopus Arvernôrum factus, pôpulis instruéndis, Ecclesiis ædificândis, Xenodochiis dotândis, Monastériis fundândis, totus incubuit. Ægrè ferens quas Ecclésiæ suæ inferébat injúrias Héctor quidam Massiliensis; Regem Childericum ádiit: qui re diligénti inquisitiōne cónnitâ, in viâto Præsule, mortis in Héctorem tulit sententiam. Quod ut rescivérunt Héctoris consanguínei, nihil intentatum reliquérut ut Episco po necem inférrent. Itaque in péctore & cervice gládio trânsverbératus Præjectus, clarus mirâculis, cum Amáriño Abbâte, martyrii palmam consecutus est.

Te Deum.

28. Januar.

Sancti Karoli Magni. 93
DIE XXVIII. JAN.
In festo sancti Karoli
Magni. Semiduplex.

Omnia de communi
Confessoris non Ponti-
fiscis, præter Orationem
& Lectiones.

Oratio.

Deus, qui super-
abundanti boni-
tate, beatum Károlum
Confessorem tuum, de-
pósito carnis velâmine,
Beatae immortalitatis
gloriâ sublimasti; con-
céde propitijs, ut quem
ad laudem & gloriam
Nôminis tui honore Im-
périi exaltasti in térris,
pium ac propítium in-
tercessorem habére me-
reámur in cœlis. Per
Dominum nostrum Je-
sum Christum Filium
tuum: Qui tecum vivit
& regnat in unitate
Spiritûs Sancti, Deus.
Per omnia.

Fit commemoratio de-

sancta Agneta, ut in
Breviario.

In primo Nocturno.
De Libro Ecclesiastici.

Lectio I. Cap. 44.



OMINATI
sunt in po-
testatibus
suis, hómi-
nes magni
virtute, & prudéntia
sua præditi, imperantes
in præsenti pópulo, &
virtute prudéntiæ pópu-
lis sanctissimæ verba. In
peritia sua requiréntes
modos mûsicos, & nar-
rántes cármina scriptu-
rârum. Hómines dívi-
tes in virtute, pulchri-
tudinis stúdium habén-
tes: pacificantes in dô-
mibus suis. Omnes isti
in generatiōnibus gen-
tis suæ gloriā adépti
sunt, & in diébus suis
habentur in laudi bus.
Viri misericôrdiæ sunt,
quorum pietates non

defuerunt : cum sémi-
ne eorum pérmanent
bona , hæréditas sancta
nepôtes eorum , & in
testaméntis stetit semen
eorum : & filii eorum
propter illos usque in
æténum manent : se-
men eorum & glòria
eorum non derelinqué-
tur.

R. Euge serve bone &
fidelis , quia in pauca
fuisti fidelis , supra mul-
ta te constituam : * In-
tra in gaudium Domini
tui.

R. Domine , quinque
talenta tradidisti mihi ,
ecce alia quinque super-
lucratus sum. Intra in
gaudium.

Leet. II. Cap. 44. & 47.

COrpora ipsórum
in pace sepulta
sunt , & nomen eórum
vivit in generatiōnem
& generatiōnem. Sa-
piētiam ipsórum nar-

rent pôpuli , & laudem
eórum nûntiet Ecclésia.
David cum leónibus lu-
sit quasi cum agnis ; &
in ursis similiter fecit
sicut in agnis ôvium.
Numquid non occidit
Gigántem , & abstulit
opprôbrium de gente ?
Nam invocávit Dômi-
num omnipoténtem , &
dedit in déxtera ejus
tollere hôminem for-
tem in bello , & exal-
táre cornu gentis suæ.
Sic in decem mîlibus
glorificâvit eum , & lau-
dâvit eum in benedi-
ctionibus Dómini , in
offeréndo illi corónam
glòriæ. Contrívit enim
inimîcos iñdique , & ex-
tirpâvit Philîstiim con-
trários usque in hodiér-
num diem : contrívit
cornu ipsórum usque in
æténum.

R. Justus germinabit si-
cut lílum : * Et flore-

28. Januar.

Sancti Karoli Magni.

95

bit in æternum ante Domini-

testaméntum regni , & sedem gloriæ in Israël.

¶. Plantatus in Domo Domini , in atriis domus Dei nostri. Et florebit.

¶. Iste cognovit justitiam , & vidi mirabilia magna , & exoravit altissimum : * Et inventus est in numero Sanctorum.

N omni opere dedit confessiōnem Sancto & excēlo in verbo gloriæ. De omni corde suo laudāvit Dōminum , & diléxit Deum qui fecit illum : & dedit illi contra inimicos potētiam: & stare fecit cantōres contra altāre , & in sonō eōrum dulces fecit modos , & dedit in celebratiōnibus decus , & ornāvit tēmpora usque ad consummatiōnem vi- tæ, ut laudārent nomen sanctum Dōmini , & amplificārent manē Dei sanctitatem. Dōminus purgāvit peccāta ipsius , & exaltāvit in æternum cornu ejus : & dedit illi

¶. Iste est qui contemp- sit vitam mundi , & per- venit ad cælestia regna. Et inventus est. Gloria Patri. Et inventus est.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex Eginhardo, & aliis.



AROLUS Francōrum Rex , pri- mūsque ex ea Gente Imperātor ; Pipīni Regis & Bertrādæ filius , à sancto Bonifacio Episco- po Moguntino bapti- zatus, ob insignem suam & bēllicam & christiā- nam vittūtem , non re minūs quam cognō-

ménto Magnus hábitus est. Gentes bárbaras plerasque , & in his máximè Sâxones , Bohémios , Hunnos , Danóf que ab idolôrum cultu ad Christi fidem convertit. Românam Ecclésiam , quam ab hôstium potestâte liberáverat , pristinæque restituerat dignitati , iménsis cumulâvit donis , ac beneficiis. Vâria celebrâti curâvit Concilia , quorum decretis hæreses exitiósè grâfiantes pénitùs extinctæ sunt , collapsaque Ecclesiastica disciplina vêteri splendôri reddita. Mox ut Christianôrum ánimos firmaret exémplis ; Sanctòrum res gestas conscribi , Mártirum fastos expóni , conciones Patrum colligi , omniúmque quibus imperabat Géntium res

memorâtu dignas , litteris mandâri præcépit. Sanè piis illis opéribus méruit , ut Christi Salvatôris Sepúlcri dominiūm cum clavibus sibi concederétur.

R. Honestum fecit illum Dominus , & custodivit eum ab inimicis & à seductoribus tutavit illum : * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas , & ostendit illi regnum Dei. Et dedit illi.

Lectio v.

Quantum Reipùblicæ Christianæ utilitati consuluit , tantum animæ suæ saluti prospéxit ; quippe statas preces & canônicas , noctù diuque , cum valuit nunquam omisit. In mensâ , ad quam Episcopos frequenter vocâbat , scripturæ sa-

cræ , vél operum sancti Augustini lectiōnē semper adhibébat. Romam religiōnis ergo quater adiit. Tolōsæ Basilicam sancti Saturnini plūris , hisque insignibus Reliquiis ditásse tráditur. Quām ardēnti stúdio cor ejus inflammáverit zelus domūs Dei , testántur novem sedes Episcopāles in Germánia excitatæ : duæ in Metrópoles eréctæ. Testátur Templum Aquiſgranénse , cuius structura summam Károli pietatē & magnificétiā demónstrat. Tes-tántur & plura alia Tempa ac Monastéria ab eo ædificata. Quibus in ecclésiis , nec non in áliis ómnibus Impérii sui , ut Dei laudes ritè celebra-rentur Ecclesiástici cantus harmóniam , ipse artem canéndi , psallé-

dique apprimè callens : ad usum qui exoléverat revocávit. Ut in can-tu , sic in sciéntiis , ac præsertim Mathematicis máxi-mè versátus , Latínæ linguæ , Græcæ , Hebráicæ , Syriacæ , aliarūmque pluriū singulāri præstábat intelli-géntiā.

R. Amavit eum Domi-nus , & ornavit eum , stolam gloriæ induit eum ; * Et ad portas Paradisi coronavit eum. **X.** Induit eum Dominus loricam fidei , & orna-vit eum. Et ad portas.

Lectio. v i.

A Driánum primū , Summum Ponti-ficem advérsū Longobárdos válidè tutatus est. Leônem tértium urbe pulsum , & dirè mulctatum , ad se ve-niéntem summa cum veneratiōne excépit ,

N

própriæ sedi restituit ;
aliòsque in futúrum Ro-
mânos Pontífices , ip-
sámque Sedem Apostô-
licam Francòrum Re-
gum patrocínio commi-
sit. Máximâ in victos
hostes clementiâ semper
fuit ; Davídem imitá-
tus , cuius impósito sibi
ipsi nōmine gloriabá-
tur. Paupéribus regni
sui , quos patérno dili-
gébat afféctu , nunquam
ope destitútis , Africam ,
Syriam , & Palestínam
largítionū suárum par-
tícipes fecit. Demùm
Império magnificè di-
latáto , æquissimisque
légibus & capituláribus
muníto ; statu quoque
Ecclésiæ religiósè ordi-
náto ; anno Dómini
oëtingentésimo décimo
quarto , Regni sui qua-
dragésimo séptimo , Im-
périi décimo quarto ;
ætatis verò suæ septua-

gésimo secúndo , diu-
túnâ pœniténtiâ in je-
júnio , vigiliis , & cili-
cio explétâ ; thesauris
in præcipuas occidéntis
Ecclésias dispertítis , ad
æténum regnum felici-
ter emigrávit. Corpus
ejus , quod in áureo
throno sedens terræ
mandátum fuerat , ab
Episcopis deinde solém-
niter elevátum , Aquis-
gràni cólitur ; caput ve-
rò Osnábrugi in Vest-
phália.

R. Iste homo perfecit
omnia quæ locutus est
ei Deus , & dixit ad
eum : Ingredere in re-
quiem meam : * Quia
te vidi justum coram
me ex omnibus genti-
bus.

* Iste est qui contemp-
fit vitam mundi , & per-
venit ad cælestia regna.
Quia te vidi. **G**loria
Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno.
Lectione sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectione VII. cap. 6.
IN illo tempore; dixit Jesus Discipulis suis: Nemo potest duobus Dominis servire; aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinabit, & alterum contemnet. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Lib. 5. de civit. Dei.
capp. 24. & 25.

Christianos quosdam Imperatores non ideo felices dicimus, quia vel diutiis imperaverunt, vel imperantes filios morte placidam reliquerunt, vel hostes reipublicae domuerunt, vel inimicos cives adversus se insurgentem & cavere & opprimere potuerunt. Hæc

& alia vitæ hujus ærumnosæ, vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores Dæmonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quod pertinent isti: & hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista, qui in eum crederent, velut summa bona desiderarent. Sed felices eos dicimus, si justè imperant, si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur; sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, majestati ejus famulam faciunt; si Deum timent, diligunt, colunt; si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est , & de omni corde suo laudavit Dominum : * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Ecce homo sine querela , verus Dei cultor , abstinentis se ab omni opere malo , & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio VIII.

SI tardius vindicant , scilicet ignoscunt ; si eamdem vindictam pro necessitate regendae tuerinturque reipublicae , non pro saturandis inimicitiarum odiis exercerunt ; si eamdem veniam non ad impunitatem iniquitatis , sed ad spem correctionis indulgent ; si quod asperè coguntur plerumque decerne re , misericordiae lenitatem & beneficiorum lar-

gitate compensant ; si luxuria tanto eis est castigatior , quanto posset esse liberior ; si malunt cupiditatibus pravis , quam quibuslibet gentibus imperare : & si haec omnia faciunt , non propter ardorem inanis gloriae , sed propter caritatem felicitatis aeternae : si pro suis peccatis , humilitatis & miserationis & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt. Tales Christianos Imperatores dicimus esse felices interim spe , postea re ipsa futuros , cum id quod expectamus advenierit.

R. Sint lumbi vestri.
pag. 88.

Lectio ix. de sancta Agneta , ut in Brevario.

Si vero festum S. Catholicoli contingat transfer-

28. Januar.

Sancti Karoli Magni.

101

ri, nona lectio dicetur
quæ sequitur.

NAm bonus Deus,
ne hómines qui
eum créderent propter
ætérnam vitam colén-
dum, has sublimitátes
& regna terréna existi-
márent posse néminem
cónsequi, nisi dæmón-
ibus supplicet, quòd
hi spíritus in tálibus
multum valérent, Con-
stantínum Imperatórē,
verum Deum coléntem,
tantis terrénis implévit
munéribus, quanta op-
táre nullus audéret. Diù
imperávit, orbem Ro-
mánum Augústus té-
nuit & défendit: in ad-
ministrándis & geré-
dis bellis victoriosíssi-
mus fuit; in tyránnis
oppriméndis per ómnia
prosperátus est; gran-
dævus ægritúdine & se-
nectûte defunctus est,
filios imperántes reli-

quit. Sed rursùs ne Im-
perátor quisquam ideo
Christiánus esset, ut fe-
licitátem Constantíni
mererétur, cùm prop-
ter vitam ætérnam quis-
que débeat esse Chris-
tiánus; Joviánum mul-
tò citiùs quàm Juliá-
num abstulit.

Te Deum.

Misericordia. Os justi. ut in
communi Abbatum.

Oratio propr. Evangel.

Nemo potest duobus
Dominis servire. ut in
Dominica 14. post pen-
tecosten.

DIE III. FEBRUARIA.

In festo sancti Blasii,
Episcopi & Martyris.
Semiduplex.

Oratio. Deus qui nos.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura
occurrentē.

In secundo Nocturno.

Lect. 4. propria, ut in
Breviario. Lect. 5. & 6.

I. Invent. S. Cæciliæ.

de Expositio*n*e S. Ambrosii. Principes ut in comm. unius Martyris.

In tertio Nocturno.

Homilia S. Gregorii in Evangeli. Si quis vult post me venire.

Missa. Sacerdotes. de comm. unius Martyris.

DIE X. FEBRUAR.

In festo primæ Inventionis sanctæ Cæciliæ, Virginis & Martyris.

Duplex.

Omnia ut in ejus festo die 22. Novemb. pag. 3. præter ea quæ hic habentur propria.

Oratio.

Deu*s*, qui beatam Cæciliam Virginem & Martyrem tuam, Angeli tutelæ commissam, immaculatè tibi decantare ac deservire voluisti: concéde nobis, ut cujus Inventionem celebrámus, ejus præcibus & exémplo,

10. Februar.

ore simùl & opere tua celebrare præcônia, & æternis Angelorū choris interessere mereámur. Per Dominum.

Commemoratio sanctæ Scolasticæ Virgin.

Oratio. Exaudi nos. ut in communi Virg.

Deinde sanctorum Urbani, Lucii, Valeriani, Tiburtii, & Maximi, Martyrum. Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui sanctorum tuorum Urbani, Lucii, Valerianni, Tiburtii, & Maximi Inventionem colimus; à cunctis malis imminentibus eorum intercessione liberemur. Per Dominum.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura occurrente.

Si celebretur in Quadragesima, lectiones de Epist. prima ad Corin-

10. Februar.

1. Invent. S. Cæciliæ.

103

thios : De virginibus ,
&c. pag. 12.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex Anastasio Biblioth.
in vita Pasch.



HRISTI omnipoténtis Dómini fámlulus Paschalis Póntifex, màximam Dei Ecclesiàrum curam & sollicitúdinem indefinénter gerens ; cùm quâdam die oratiònis stúdio ad sanctæ Dei Virginis, Christique Mártyris Cæciliæ Ecclésiam adveníret , nimio jam quassata sénio ejúsdem Ecclésiæ mœnia étiam à fundaméntis ruitúra vidēs ; eódem in loco magnifico ópere novam construere Ecclésiam cæpit. Inter hæc accidit , quod dum quâdam die ad beáti Petri Principis

Apostolôrum Ecclésiam pérgeret, quâtenus apud cùmdem beátum Apóstolum sólito more vi-gílias celebráret , & ante ejúsdem confessió-nem Domínicas laudes résidens decantáret : su-bitō depréssus sopore , vidiit adsisténtem sibi virgináli aspéctu puél-lam Angélicis véstibus decorátam ; tália locutiōnis affámina protulisse , dicens : Multas tibi grátias reférimus , quia certámen quod de me diù pósueras, frustra-tóriis relatióribus per-vulgátis aures accóm-modans, reliquisti : quip-pe qui tanto penès me fuisti ut proprio loqui invicem ore valerémus.

R. Cilicio Cæcilia, &c.
pag. 19.

Lectio v.

HÆC jam sæpe præ-fatus Póntifex di-

ligenter audiens : studiōsē requirere cæpit , quæ esset ipsa , quæ tālia illi verba diceret , vel quo nōmine vocaréatur . Cui illa respóndit : Si nomen inquīris , Cæcilia fāmula Christi vocor . Ad quam summus inquiens Præful : Quómodo hoc crēdere possum , eo quòd olim fama relātum sit , quātenus ejusdem venerabilis Christi Mārtyris Cæciliæ corpus ab Aistulpho Longobardorum Rege hostiliter Romæ résidénte furtim fuisset ablātum ? Cui tālia venerabili Pontifici intímanti Dei fāmula dixit : Quòd me desideranter ut invenirēt Longobardi quæsivérunt , omnino verum est : sed Dómini mei Jesu Christi opitulatiōne , & sanctæ Dei Genitricis sem-

pérque Virginis Mariæ auxilio , neque me invenire , neque deportare longiūs valuérunt ; & ideo sicut me quærere cæpisti , quāliter ut me invénias , assiduo labōre non désinas incūbere , quia Dómino Deo , pro cuius amōre & honōre passa sum , plácuit , ut tu me invénias , & in Ecclésia , quam nōviter construxisti , recondas . Et hæc dicens , ab oculis aspi ciéntis ablata est .

R. Cæciliam intra cubiculum. pag. 20.

Lection vi.

Tunc idem venerandus Pontifex matutinálibus láudibus persolútis , pro tam certæ & indubitabilis revelationis indicio , cæpit hæc illac operosius quærere , ubi sacratissimum ejus corpus jacé-

10. Februari:

1. Invent. S. Cæciliæ.

105

ret humatum. Quod, tribuente Deo, dum sollicitè quæreret, repert in cæmetério prætextati, aureis illud vestitum indumentis, cum corpore venerabilis sponsi sui Valerianni. Pariterque & linteamina Mártyris illius sanguine plena, quando ab impio percussa carnifice, Christi Dómini martyr est regnantis in sæcula consecrata; quibus & linteaminibus sanguis sanctæ Mártyris extensus, involuta à carnifice, ad pedes illius corporis, sacratissima reperta sunt. Quæ cuncta crux plena, de trina carnificis percussione, pertractans manibus, collégit: & cum magno honore infra muros hujus Romanae urbis in Ecclésia nomine ipsius sanctæ Mártyris dedicá-

ta, ad laudem & gloriām omnipotētis Dei, ejusdem Virginis corpus, cum charissimo Valeriáno sponso, atque Tiburtio & Máximo Martyribus, nec non Urbáno & Lúcio Pontificibus, sub sacrofáncto altari collocavit.

R. Domine Jesu Christe. pag. 21.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangeliū secundūm Marcum.

Lectio VII. cap. 6.

IN illo tempore: Cum sero esset, erat navis in medio mari, & Jesus solus in terra. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Lib. de cura pro mortuis gerenda. cap. 10.16.

NArrantur visa quedam, quæ non negligendam videantur inferre quæstiōnem. Fe-

Q

rūntur quippe mórtui nonnulli, vel in somnis, vel álio quocumque modo apparuisse vivéntibus, atque ubi eorum cōrpora jacerent inhumata nescientibus, locisque monstratis admonuisse, ut sibi sepultura, quæ defuerat, præberetur. Hæc si falsa esse respondérimus, contra quorundam scripta fidélium, & contra eorum sensus, qui tália sibi accidisse confirmant, impudénter venire vidébimur. Sed respondéndum est, non ideo putandū esse mórtuos ista sentire, quia hæc dícere, vel indicare, vel pétere vidéntur in somnis. Nam & vivéntes appárent sæpe vivéntibus dormiéntibus, dum se ipsi nesciant apparere: & ab eis hæc quæ somniáverint au-

diunt dicentib⁹, quod eos in somnis agéntes áliquid vel loquéntes viderint.

B. Beata Cæcilia dixit.
pag. 25.

Lection VIII.

A Ngélicis igitur operationibus fieri crediderim, sive permittatur désuper, sive jubeatur, ut áliquid dicere de sepeliéndis corpóribus suis videántur in somnis, cum id penitus nesciant quorum illa sunt cōrpora. Id autem aliquando utiliter fit, sive ad vivorum qualemcumque solatium, ad quos pertinent illi mórtui, quorum appárent imágines somniántibus: sive ut his admonitiōnibus géneri humano sepulturæ commendetur humánitas. Quæ licet defunctis non opitulétur, culpándâ ta-

men irreligiositatem negligitur. Nec ideo putandum est vivorum rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdam sanandis vel adjuvandis Martires adsunt: sed ideo potius intelligendum est, quod per divinam potentiam Martires vivorum rebus interessunt, quoniam defuncti per naturam propriam vivorum rebus interesse non possunt. Quanquam ista questio vires intelligentiae meae vincit, quemadmodum opitulentur Martires iis quos per eos certum est adjuvare.

R. Cæcilia me misit ad vos, ut ostendatis.
pag. 26.

Pro sancta Scolastica.
Lectio IX.
Ex libro Dialogorum sancti Gregorii Papæ.



OROR beatissimi Benedicti Scolasticae Domino aë infantiae tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat. Ad quam vir Dei non longè extrahâ jânuam in possessione Monasterii descendebat. Quâdam verò die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis ejus descéndit frater, qui totum diem in Dei laudibus sacrificisque collóquiis ducentes, incumbéntibus jam noctis tenebris simili accepérunt cibos: cumque adhuc ad mensam sedérent, soror sua rogâvit eum, dicens: Quæso te, ne istâ nocte me déseras, ut usque manè de coelestis vita gaudiis loquámur.

Cui ille respôndit : maneré extrâ cellam nullatenus possum. Tanta verò erat cœli serénitas, ut nulla in aëre nubes apparéret. Statim ipsa orante, tanta inundatio pluviæ erûpit, ut Benedictus extrâ loci limen quo conféderant pedem movere non potuisset. Alterâ autem die, vir Dei ad Monastérium rediit. Et ecce post triduum in cella consistens, vidit sororis suæ animam de ejus corpore egréssam, in columbae spécie cœli secréta penetrare. Qui gaudens protinus, misit fratres ut ejus corpus ad Monastérium deferrent; atque in sepulcro, quod sibi ipse paraverat, eam pônerent.

Te Deum.

Et fit commemoratio
in Laudibus & Missa de

sancta Scolastica, & de sanctis Urbano, Lucio, Valeriano, &c.

Si festum primæ Inventionis sanctæ Cæciliæ venerit in Quadragesima, nona lectio erit de homilia feriæ occurrentis, & fit commemorationis feriæ.

Si verò transferatur ob diem Dominicam, ante Quadragesimam; nona lectio dicetur ut infrâ.

UTrum ipsi per se ipsos adsint uno tempore tam diversis locis, & tantâ inter se longinquitate discrétils; sive ubi sunt eorum memoriæ: an ipsis in loco suis méritis congruo ab omni mortaliū conversatiōne remótis, & tamen generáliter orantibus pro indigéntiis supplicántum, sicut nos orâmus pro mortuis, quibus útique non præ-

10. Februar. **I. Invent. S. Caciliæ.** **109**
sentâmur, nec ubi sint
vel quid agant, sci-
mus, Deus omnipo-
tens qui est ubique præ-
fens, exaudiens Mârty-
rum preces, per Angé-
lica ministéria præbeat
homînibus ista solâtia,
quibus in hujus vitæ mi-
séria júdicat esse præ-
bênda: & suôrum mé-
rita Mârtyrum Deus,
quóniam hoc novit ex-
pedire nobis ad ædifi-
cândam fidem Christi,
pro cuius illi confessiô-
ne sunt passi, ineffabili
potestâte ac bonitâtē
comméndet. An ista fi-
ant per ipsam præsén-
tiā Mârtyrum, ali-
quândo per Angelos
suscipiéntes personam
Mârtyrum, definire non
áudeo; dona enim Dei
sunt. Cuicumque data
est dijudicâtio spirituū,
ipse scit ista sicut scié-
nda sunt.

Missæ. Loquebar.

Evangel. In illo tem-
pore: Cùm serò esset,
&c. **ut in sabbato post
Cineres.**

Dicitur Credo.

DIE XVI. FEBRU.

**In festo sancti Theode-
fridi Episcopi Albienfis.
Semiduplex.**

**Omnia de communi
Conf. Pont. præter ea
quæ infrâ habentur.**

Oratio. Exaudi, &c.

In primo Nocturno,
**si celebretur in Quadra-
gesima, lectiones: Lau-
demus viros gloriofios.
de commu. Conf. Pont.
alias de scrip. occur.
In secundo Nocturno.**

Lectio IV.

Ex Martyrol. Gallic.



**H E O D E -
F R I D U S
Episcopus,
ab adoles-
centia ju-
gum Dómini sibi bâju-**

Ians, Mónachus in Luxoviénsi cænóbio, Sanctórum seminário per célebri, prima exercitia religiōnis explévit. Inde virtútum & doctrinæ florens decôre, Abbas Corbeiensis créatus; ac subînde ad Episcopále sólium civitatis Albiénsis assúmptus est. Pôpulo sibi commisso ad sempitérnam pátriâ, quâ sanctâ prædicatiōne, quâ omnis pietatis & justitiæ exémplis iter commonstrâvit. Sicque multa præclára ad Dei glôriam execûtus, trámitem beâtæ æternitatis ingréssus, emerita fidélis villicatiōnis præmia gloriósè adéptus est, anno Christi suprà sexcentésimum circiter nonagésimo.

R. Inveni David servum meum. pag 69.

Lectio v.

De sermóne sancti Géorpii Nazianzéni.

Crat. prima.

Victus sum, ac me victū fáteor. Subditus sum Dómino, & orâvi eum. Animum subibat amor quidam illius boni, quod in quiete ac solitûdine inest. Nihil enim mihi tam optândum cuiquam esse videbâtur, quâm ut occlúsis sénibus, & in se ipsum colléctus, nec, nisi quantum necésitas éxigit, quicquam humanârum rerum attígens, atque secum ipse, & cum Deo colloquens, superiorem iis rebus, quæ in aspéctum cadunt, vitam agat, divinásque spécies puras semper, nec terrénis ullis & errântibus formis admixtas, inseipso circumferat: jamque futuri

ævi bonum spe percipiatur. At vero homini, cum difficile sit scire parere, tum multò difficiilius esse videtur, scire hominibus imperare, ac præsertim in hoc nostro império, quod in lege divina situm est, & ad Deum dicit: cuius quo majus est fastigium, majorque dignitas, eo etiā majus periculum est.

R. Posui adjutorium.

pag. 70.

Lectio vi.

NEQUE enim ab eo, qui hanc curam suscepit, hoc solum requiritur, ut malus non sit; verum etiam ut virtute præstet. Nec ut vitiōsas animae notas duntaxat expungat, verum ut meliores etiam inscribat: ita ut magis virtute antecellat, quam honore ac dignitate superet: nec modum sibi

ullum honeste vivendi, atque altius ascendendi constituat: nec virtute vulgus anteire, magnoperè amplum atque illustre iudicet: verum detrimento ducat, si à suscepiti munera dignitate absit. Sicque se comparet, ut, quod ex virtute gerit, ad legis divinæ normam, non autem ad alios, sive mali illi sint, sive non nihil in virtute procésserint) expéndat: nec virtutem exigua lance pónderet; verum præfecti vel Antistitis, non quam optimum esse, summum dédecus arbitrétur. Si quidē virtutis suæ præstantia multitūdinem ad mediocritatem tracturus sit, ac non per vim cohibiturus, sed persuasione allecturus.

R. Iste est. **pag.** 70.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium

Vigilate.

Missa Sacerdotes.

DIE V. MARTII.

In festo sancti Lucii Pa-

pae & Martyris..

Semiduplex.

**Omnia de communi
unius Martyris præter
ea quæ hic sunt propria.**

Oratio. Deus qui nos.

**Si venerit in Qua-
drag. fit comm. de feria.**

In primo Nocturno.

**In Quadrag. Lectiones,
A Miléto. aliás de scrip-
tura occurrit.**

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

**Ex operibus sancti Cy-
priani. & Anastas.**

Biblioth.



**Ucius Pa-
pa, primùm
in persecu-
tione Va-
leriáni, ob-
Christi fidem exilio re-
legatus, & póstmodùm**

Divino nutu ad Ecclé-
siam suam redire per-
missus, cum plúrimum
advérsus Novatiános la-
borásset, Martyrium cā-
pitis obtruncáttione cō-
plévit. Ejus corpus unā
cum Reliquiis sanctæ
Cæciliæ Virginis &
Martyris ac sancctorum
Valeriáni, Tiburtii &
Máximi Martyrum,
neconon & sancti Ur-
bâni Pontificis & Már-
tyris, Paschâlis Papa
primus invénit, collé-
git, & in Ecclésia Di-
væ Cæciliæ dedicâta re-
pôsuit. Qui quidem Lú-
cius in exilio ad sanctū
Cypriânum scribit his
verbis: Exultântibus no-
bis & lœtântibus in
Deo, quod nos ad con-
gressiónem armâverit,
& in prælio victores
sua dignatiōne fécerit,
supervenérunt literæ
tuæ Frater charissime,

quaq

quas misisti nobis , qui-
bus lectis, recepimus in
vinculis laxaméntum ,
in pressúra solátium , &
in necessitáte præsidíū ;
& excitáti sumus & ro-
bustiùs animáti ad si-
quid ampliùs fuerit pœ-
nárum.

R. Honestum fecit il-
lum Dominus , & cus-
todivit eum ab inimicis,
& à seductoribus tutá-
vit illum : * Et dedit illi
claritatem æternam.

V. Descenditque cum
illo in foveam : & in
vinculis non dereliquit
eum. Et dedit illi.

Lectione v.

Nam ante passió-
nem à te sumus
ad glóriam provocáti ,
qui prior nobis ducá-
tum ad confessiōnem
Nóminis Christi præ-
buisti. Nos verò secuti
vestigia confessiōnistuæ
parem grátiam tecum

sperámus. Nam qui pri-
or est in cursu , prior est
& ad præmium ; & qui
prior occupásti , de quo
cæpísti , inde hoc nobis
communicásti , demón-
strans scilicet individuā
charitátem , qua semper
nos dilexísti , ut quibus
unus fuit spíritus in con-
junctiōne pacis , esset
precum unitárum grátia
& una coróna confessiō-
nis. Accéssit autem ti-
bi , Frater charíssime ,
ad confessiōnis coró-
nam retribútio óperum
abúndans mensura , quā
accipies à Dómino in
die rémuneratiōnis , qui
te nobis litéris tuis re-
præsentásti , ut pectus
illud tuum cándidum &
beátum , quod semper
nóvimus , manifestáres ;
& secúndum latitúdi-
nem ejus nobiscum lau-
des Deo diceres , non
quantùm nos merémur

audire, sed quantum tu potes dicere.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

X. Noniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio. vii.

Tuis enim vociibus & quæ minus in nobis instructa erant exornasti, & confirmasti ad sustentationem eaurundem passionum quas patienter ferimus, securi de præmio cœlesti & de corona Martyrii, & de regno Dei ex prophetia quam literis tuis Spiritu Sancto plenus spopondisti. Hoc totum fiet, dilectissime, si nos orationibus tuis in men-

te habueris. Quod te facere confido, sicut & nos utique facimus. Accépimus itaque, Frater desideratissime, id quod à Quirino, & à te ipso misisti sacrificium ex omni opere mundo, sicut & Noë obtulit Deo, & delectatus est Deus in odorem suavitatis, & respexit in sacrificium ejus: ita & in vestrum respiciat, & delectetur reddere vobis hujus tam boni operis mercédem. Peto autem ut literas quas ad Quirinum fecimus, transmitti præcipias. Opto te, Frater charissime, ac desideratissime, semper benevalere, & nostri meminisse. Saluta omnes qui tecum sunt. Vale.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super ca-

put ejus.

V. Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectus : & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. **G**loria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore : dixit Jesus Discipulis suis : Si quis vult post me venire , abneget se metipsum , & tollat crucem suam , & sequatur me. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis

Chrysostomi.

Lib. Quod nemo lœdatur nisi a se ipso.

Lectio VII.

Spoliatus es pecuniis ? dic : Nudus egræsus sum ex útero matris meæ , nudus étiā revértar. Adde illud Apostólicum : nihil enim

intulimus in hunc mundum ; haud dubiū quod nec auferre quid possimus. Te conviciis onerarunt ? recordare illius dicti : Vae vobis cum benedixerint vos omnes homines ; & gaudete & exultate , cum protulerint adversum vos verbum malum. In exiliū ejectus es ? cogitate hic non habere pátriam , sed si sapientiæ operam daturus sis , jussum esse etiam totam terram pro peregrina ducere. At in gravem incidisti mortuum ? dic illud Apostolicum : Quantò magis extérior noster homo corrumpitur , tantò magis intérior renovatur de die in diem. Cogita remunerationes inde secuturas. Omnia enim isthac damna cum per injuriā inferuntur , & peccata expiant , & ju-

st̄tiam cónferunt.

R. Corona aurea super caput ejus. * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

X. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa signo.

Lectio viii.

CUm igitur neque exilium, neque cruciatus, neque mors perferéntibus damnum afferat, sed utilitatem pótiūs: quibus rebus mihi potes osténdere quempiam lædi, quando his non læditur? Ego enim contrârium demonstrare conábor, qui máxima damna ac detriménta, & incurabiles clades pérferant, eos esse qui ínferunt. Quid enim miserabilius

esse possit, quām Cain, qui tâlibus modis fratreñ accépit? quid infelicius uxore Philippi, quæ Joánni caput abscidit? Quid frátribus Joseph, qui eum venundedérunt, & in exílium relegárunt? Quid diabolo, qui Job tot malis affécit? non enim cæterórū duntáxat scelerum, sed ita quoque non vulgáres insidiárū pœnas dabit.

R. Hic est verè Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit:

* Qui minas judicum non timuit, nec terrinæ dignitatis gloriam quæsivit, sed ad cœlestia regna pervenit.

X. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum D i. Qui minas. **Gloria Patri. Qui minas.**

In Quadrag. legitim

nona lectio de homilia
feriae, & de ea fit com-
memor. ad Laudes &
Missam.

Lectio ix.

Quid verò Paulus? Quan non pérultit tot mala, quæ nec re- censere quidem facile ést: Cáceres, flagella, famem, nuditatem; ac alias afflictiones perpés- sus? Attamen non mo- dò nullum verbum ma- lédicuum édedit, sed gau- débat his rebus & glo- riabatur. Si ígitut tan- ta cum gáudió sustinuit, quæ vénia dabitur, quæ excusatio tibi, qui nec mīnimam illórum par- tem tóleras, & maledí- cis? Verùm quóniam ánimæ pròprietà corporis nímium amántes sœcu- láribus negótiis libén- ter implicitæ, præséntium rerum voluptate captæ, non fácile pô-

terunt marcesséntes flo- res relínquere (tália sunt enim hujus vitæ gáudia) neque umbras aspernári; sed honestif- simi quique tam illa quám ista retinére cù- piunt; miseriôres verò & infeliciôres illa qui- dem majôri, hæc verò longè minóri ex parte.

Te Deum.

Missa. Sacerdotes.

DIE XIV. MART.

In festo Apparitionis sanctæ Crucis. Duplex.

Ad Vesperas Ant. O magnum pietatis opus! cum reliquis de Laudib- bus. Psalmus, Dixit. cum reliquis de Domini- nica; & loco ultimi, Psalmus, Laudate Do- minum omnes gentes.

Capitulum. Philipp. 2.

Fratres, Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Je- su: qui cùm in forma

Dei esset, non rapinam
arbitratus est esse se æ-
qualem Deo: sed semet-
ipsum exinanivit, for-
mam servi accipiens,
in similitudinem homi-
num factus, & habitu
inventus ut homo.

Hymnus.

V Exilla Regis pro-
deunt:
Fulget Crucis mysteriū,
Quā vita mortem per-
tulit,
Et morte vitā protulit.
Q uæ vulnerata lanceæ
Mucrone diro criminū,
Ut nos lavaret sordibus,
Manavit unda & san-
guine.
Impleta sunt quæ con-
cinit
David fideli carmine,
Dicendo Nationibus:
Regnavit à ligno Deus.
Arbor decora, & ful-
gida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite,

Tam sancta membra tan-
gere.

Beata, cujus brachiis,
Pretiū pependit sæculi,
Statera facta corporis,
Tulitque prædā tartari.

O Crux, ave spes unica,
In hac triumphi gloria;
Piis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.
Te fons salutis Trinitas
Collaudet omnis spiri-
tus:

Quibus Crucis victoriā
Largiris, adde præmium.
Amen.

V. Hoc signum Crucis
erit in cœlo.

R. Cùm Dominus ad
judicandum venerit.

Ad Magnificat. Ant.

O Crux, splendidior
cunctis astris, mundo
celebris, hominibus
multūm amabilis, san-
ctior universis: quæ so-
la fuisti digna portare
talentum mundi: dulce
lignum, dulces clavos,

14. Martii. **Apparitionis S. Crucis.** **119**

dulcia ferens pondera :
salva præsentem cater-
vam in tuis hodie lau-
dibus congregatam.

Oratio.

Deus , qui mundi
salutem per Cru-
cem operari dignatus es :
tribue quæsumus, ut qui
primam in cœlo Crucis
apparitionem hodie
recolimus ; cum idem
Filii tui signum in ulti-
mo judicio parébit, sig-
natorum & electorum
numero sociari merea-
mur. Per eundem, &c.

Fit commemorat, feriæ.

**Ad Matutinum, Invi-
tatorium.**

Christum Regem pro
nobis in Cruce exalta-
tum , * Venite adore-
mus.

**Plamus. Venite exul-
temus.** pag. 7.

Hymnus.

Pange lingua glo-
riosi

Lauream certaminis ,
Et super Crucis tro-
phæo

Dic triumphum nobile ;
Qualiter Redemptor or-
bis

Immolatus vicerit.

De parentis protoplasti
Fraude factor condolēs,
Quando pomi noxialis
In necem morsu ruit :
Ipse lignum tunc no-
tavit ,

Damna ligni ut solve-
ret.

Hoc opus nostræ sa-
lutis

Ordo depoposcerat ;
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret ,
Et medelam ferret inde
Hostis unde læserat.

Quando venit ergo sa-
cri

Plenitudo temporis ,
Missus est ab arce Pa-
tris

Natus orbis Conditor ;
Atque ventre Virginali

Carne amictus prodit.
Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia :
 Membra pánis involuta
 Virgo Mater alligat ,
 Et Dei manus , pedes-
 que .
Stricta cingit fascia.
Sempiterna sit beatæ
 Trinitati gloria ,
 Æqua Patri , Filioque ,
 Par decus Paraclito ;
Unus trinique nomen
 Laudet universitas ,
 Amen.

In primo Nocturno.

Antiph. Nóbile lignum
 exaltatur , Christi fides
 rútilat , dum Crux ab
 ómnibus venerátur.

Psalmus 1.

BEatus vir , qui non
Babiit in consilio
 impiorum , & in via
 peccatorum non stetit ,
 * & in cathedra pesti-
 lentiæ non sedit :

Sed in lege Domini vo-
 luntas ejus , * & in lege

ejus meditabitur die ac
 nocte.

Et erit tanquam lignū ,
 quod plantatum est se-
 cūs decursus aquarum ,
 * quod fructum suum
 dabit in tempore suo :
Et folium ejus non de-
 fluet : * & omnia quæ-
 cumque faciet , prospe-
 rabuntur.

Non sic impii , non sic :
 * sed tamquam pulvis ,
 quem projicit ventus à
 facie terræ.

Ideo non resurgent im-
 pii in judicio : * neque
 peccatores in consilio
 iustorum.

Quoniam novit Domi-
 nus viam iustorum : * &
 iter impiorum peribit.

Gloria Patri , &c.

Antiph. Nóbile lignum
 exaltatur , Christi fides
 rútilat , dum Crux ab
 ómnibus venerátur.

Ant. Sancta Crux ex-
 tollitur à cunctis Régi-
 bus ,

14. Martii.

Apparitionis S. Crucis.

121

bus , virga regia erigi-
tur , in qua Salvator
triumphavit.

Psalmus 2.

QUare fremuerunt
Gentes , * & po-
puli meditati sunt in-
ania.

Astiterunt reges terræ ,
& principes convene-
runt in unum * adver-
sus Dominum , & ad-
versus Christum ejus.

Dirumpamus vincula
eorum : * & projicia-
mus à nobis jugum ip-
orum.

Qui habitat in cœlis, ir-
ridebit eos : * & Domi-
nus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos
in ira sua , * & in furore
suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus
sum Rex ab eo super
Sion montem sanctum
ejus , * prædicans præ-
ceptum ejus.

Dominus dixit ad me :

* Filius meus es tu , ego
hodie genui te.

Postula à me , & dabo
tibi Gentes hæreditatē
tuam , * & possessionem
tuam terminos terræ.

Reges eos in virga fer-
rea , * & tanquam vas
figuli confringes eos.

Et nunc reges intelli-
gite : * erudimini qui
judicatis terram.

Servite Domino in ti-
more : * & exultate ei
cum tremore.

Apprehendite discipli-
nam , ne quando irasci-
tur Dominus , * & pe-
reatis de via justa.

Cum exarserit in brevi
ira ejus , * beati omnes
qui confidunt in eo.

Gloria Patri , &c.

Ant. Sancta Crux ex-
tollitur à cunctis regi-
bus , virga regia erigi-
tur , in qua Salvator
triumphavit.

Ant. O Crux venera-

Q

bilis , quæ salutem attulisti miseris , quibus te efferam præconiis, quoniam vitam nobis cœlitem præparasti !

Psalms 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me ? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsis in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es , * gloria mea , & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi : * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi , & soporatus sum : * & exsurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me : * exurge Domine , salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti

omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domi est salus : * & super populum tuum benedictio tua.

Gloria Patri , &c.

Ant. O Crux venerabilis , quæ salutem attulisti miseris , quibus te efferam præconiis, quoniam vitam nobis cœlitem præparasti !

V. Hoc signum Crucis erit in cœlo.

R. Cùm Dominus ad judicandum venerit.

De libro primo Regum.

Lectio I. cap. 17.



GRESSUS est vir spurius de castris Philistinorum , nomine Goliath , de Geth , altitudinis sex cubitorum & palmi : Et cassis ærea super caput ejus , & lorica squammata induit .

bátur. Porrò pondus locricæ ejus , quinque milia sicutorū æris erat ; & óreas æreas habébat in crúribus : & clypeus æreus tegébat húmeros ejus. Hastile autem hastæ ejus , erat quasi liciatórium texéntium , ipsum autem ferrum hastæ ejus , sexcéntos fíclos habébat ferri : & ármiger ejus antecedébat eum. Stansque clamábat adversum phalângas Israël , & dicébat eis : Quare venistis paráti ad prælium ? Nunquid ego non sum Philisthæus , & vos servi Saül ? Eligite ex vobis virum , & décidat ad singuláre certámen. Si quiverit pugnare mecum , & percússerit me , érimus vobis servi : si autem ego prævaliero , & percússero eum , vos servi éritis , & serviétis nobis. Et aié-

bat Philisthæus : ego exprobrávi agminibus Israël hodie: date mihi virū , & ineat mecum singuláre certámen. Procedébat verò Philisthæus manè & vésperè , & stabant quadraginta diébus. Et ait David ad viros qui stabant secum , dicens : Quid dabitur viro , qui percússerit Philisthæum hunc , & tulierit opprórium de Israël ? Quis enim est hic Philisthæus incircumcisus , qui exprobrávit ácies Dei vivéntis ? Audita sunt autem verba , quæ locútus est David , & annunciáta in conspéctu Saül .

R. Gloriosum diem sacra veneratur Ecclesia , dum triumphale apparet signum : * In quo Redemptor noster mortis vincula rumpens , callidum aspidem superavit.

X. In ligno pendens nostræ salutis semitam verbum Patris invenit. In quo.

Lectio II.

AD quem cum fuisset adductus, locutus est ei: non concidat cor cujusquam in eo: Ego servus tuus vadum, & pugnabo adversus Philisthaeum. Et ait Saül ad David: Non vales resistere Philisthaeo isti; nec pugnare adversus eum: quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitque David ad Saül: Pascébat servus tuus Patris sui gregem, & veniébat leo, vel ursus, & tollébat arietem de medio gregis: Et persequébar eos, & percutiébam, eruebamque de ore eorum: & illi consurgébant adversum me, & apprehendébam

mentum eorum, & suffocábam, interficiébamque eos. Nam & leónem & ursum interfeci ego servus tuus: erit igitur & Philisthaeus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Nunc vadum, & auferam opprobrium populi: quóniam quis est iste Philisthaeus incircumcisus, qui ausus est maledicere exercitu Dei viventis? Et ait David: Dóminus qui éripuit me de manu leónis, & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philisthaei hujus. Dixit autem Saül ad David: vade, & Dóminus tecum fit. Et tulit báculum suum, quem semper habébat in manibus: Et elégit sibi quinque limpidissimos lápides de torrénte, & misit eos in peram pasturalem, quam habebat

14. Martii.

Apparitionis S. Crucis.

125

secum , & fundam ma-
nu tulit : & procéssit
adversum Philisthem.

¶ Crux fidelis inter
omnes , arbor una no-
bilis : nulla silva talem
profert , fronde , flore ,
germine : * Dulce lig-
num , dulces clavos ,
dulce pondus sustinuit .

¶ Super omnia ligna
cedrorum tu sola excel-
fior. Dulce.

Lection III.

¶ Bat autem Philistheus
incédens , & appro-
pinquans adversum Da-
vid , & armiger ejus an-
te eum. Cumque inspe-
xisset Philistheus , &
vidisset David , despé-
xite eum. Erat enim ado-
lescens , rufus , & pul-
cher aspéctu. Et dixit
Philistheus ad David :
Numquid ego canis sum ,
quod tu venis ad me
cum báculo ? Et male-
dixit Philistheus Da-

vid in diis suis. Dixit
que ad David : veni ad
me , & dabo carnes tuas
volatilibus cœli & bés-
tiis terræ. Dixit autem
David ad Philisthem :
Tu venis ad me cum
gladio , & hastâ , & cly-
peo : ego autem vénio
ad te in nōmine Dōmi-
ni exercituum , Dei ág-
minum Israël , quibus
exprobrásti hódie , &
dabit te Dóminus in
manu mea , & percú-
tiam te , & auferam ca-
put tuum à te : & dabo
cadávera castrorum Phi-
listhiim hódie volatili-
bus cœli , & béstias ter-
ræ : ut sciat omnis ter-
ra , quia est Deus in
Israël. Et nōverit uni-
versa Ecclésia hæc , quia
non in gladio , nec in
hastâ salvat Dóminus :
ipsius enim est bellum ,
& tradet vos in manus
nostras. Cùm ergo sur-

rexisset Philisthæus , & veniret , & appropinquaret contra David , festinavit David , & cucurrit ad pugnam ex adverso Philisthæi. Et misit manum suam in peram , tulitque unum lāpidem , & fundâ jecit , & circumdūcens percussit Philisthæum in fronte : & infixus est lapis in fronte ejus , & cecidit in faciem suam super terram. Prævaluuit que David adversum Philisthæum in funda & lāpide ; percussumque Philisthæum interfecit.

R. Hæc est arbor dignissima ; in Paradisi medio situata : * in qua salutis auctor propriâ morte mortem omnium superavit.

R. Crux præcellenti decole fulgida , per quam Constantinus Impera-

tor Principes tenebrarum superavit. In qua. **Gloria Patri.** In qua. **In secundo Nocturno.** **Ant.** O Crucis victoria , & admirabile signum , in cœlesti curia fac nos captare triumphum.

Psalmus. 4.

Cum invocarem , exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei , * & exaudi orationem meam. Filii hominum usquequò gravi corde ? * ut quid diligitis vanitatem & quæratis mendacium. **E**t scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum : * Dominus exaudiet me , cùm clamerō ad eum.

Irascimini , & nolite peccare : * quæ dicitis in cordibus vestris , in cubilibus vestris com-

14. Martii.

Apparitionis S. Crucis.

127

pungimini.

Sacrificate sacrificium
iustitiae, & sperate in
Domino. * multi di-
cunt: Quis ostendit no-
bis bona?

S ignatum est super nos
lumen vultus tui Do-
mine: * dedisti lætitiam
in corde meo.

A fructu frumenti, vi-
ni, & olei sui * multi-
plicati sunt.

I n pace in idipsum *
dormiam, & requiescam.

Q uoniam tu Domine
singulariter in spe * con-
stituisti me.

G loria Patri, &c.

Ant. O Crucis victo-
ria, & admirabile sig-
num, in coelesti curia
fac nos captare trium-
phum.

Ant. Funestæ mortis
damnatur supplicium,
dum Christus in Cruce
nostra destruxit vincula
criminum.

Psalmus 10.

I N Domino confido:
quomodo dicitis ani-
mæ meæ: * Transmigra
in montem sicut passer?

Q uoniam ecce pecca-
tores intenderunt ar-
cum, paraverunt sagit-
tas suas in pharetra, *
ut sagittent in obscuro
rectos corde.

Q uoniam quæ perfeci-
sti, destruxerunt: * ju-
stus autem quid fecit?

D ominus in templo
sancto suo, * Dominus
in cœlo sedes ejus.

O culi ejus in paupe-
rem respiciunt: * pal-
pebræ ejus interrogant
filios hominum.

D ominus interrogat ju-
stum & impium: * qui
autem diligit iniquita-
tem, odit animam suam.

P luet super peccatores
laqueos: * ignis, & sul-
phur, & spiritus procel-
larum pars calicis eorū.

Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: * æquitatem vidit vultus ejus.

Gloria Patri, &c.

Ant. Funestæ mortis damnatur supplicium, dum Christus in Cruce nostra destruxit vincula criminum.

Ant. Rex exaltatur in æthera, cum nobile tropæum Crucis ab universis Christicolis adoratur per saecula.

Psalmus 20.

Domine in virtute tua lætabitur Rex: * & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * voluntate laborum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eū in benedictionibus dulcedenis: * posuisti in capite ejus coronam de la-

pide pretioso.

Vitam petiit à te: * & tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum, & in saeculum saeculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: * gloriam & magnum decorum impones super eū.

Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum saeculi: * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam Rex sperat in Domino: * & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: * dextera tua inveniat omnes qui te oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: * & semen eorum

14. Martii.

Apparitionis S. Crucis.

129

eorum à filiis hominum. Quoniam declinaverūt in te mala ; * cogitaverunt consilia , quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum : * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua : * cantabimus & psallēmus virtutes tuas.

Gloria Patri , &c.

Ant. Rex exaltatur in æthera, cùm nobile trophæum Crucis ab universis Christicolis adoratur per sæcula.

¶. Adoramus te Christe , & benedicimus tibi.

¶. Quia per Crucem tuam redemisti mundū.

Lectio IV.

Ex Eusebio , lib. I. de vita Constantini , cap.

25. & seqq.

P Ostquam in Império Constantinus

firmatus est, totius mundi caput & orbis Romani Dominatricē urbem , tyrannicā violentiā opprēssam conspiens , ad extingueñdā Maxentii tyrannidem sese accinxit. Jam verò cum intelligeret præter militares copias præstantiore aliquo subsídio sibi opus esse , ob maléficas artes , magicasque præstigias quas tyrannus studiosè consecrabatur ; Deum sibi adjutorem quæsivit. Igitur cogitare cœpit apud se quemnam sibi Deum adcisceret : Illos quidem qui in Deorum multitūdine fiduciam posuissent , in multitūdinem quoque exitiorū , esse delapsos ; adeò ut nec génetis illorum ac sōbolis , nec stirpis ac nōminis , nec memoriæ ullum inter homines vestigium re-

R

mánserit : contra veró , Deum Patris sui multa , eáque illústria poténtiae suæ documènta , ipsi præbuísse. Quæ ómnia cogitátione suâ volvens , solum Deum genitóris sui sibi esse coléndum cénsum. Cujus opem imploráre cæpit : óbsecrans ut se ipsi noscéndum præbéret ; ac præsentibus negótiis adju tricem manum porrige ret.

R. Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Jesu-Christi , in quo est salus , vita , & resurrēctio nostra : * Per quem salvati & liberati sumus.

V. Tuam Crucem adoramus Domine , & recolimus tuam gloriosam passionem. Per quem

Lectio v.

HÆc Imperatóri suppliciter postu-

lanti , divínū & admirabile quoddam signum apparuit : de quo sæpissimè testátus est , quod horis diei meridiánis , sole in occásum vergénte , Crucis trophyum in cœlo ex luce conflatum , soli superpósitum , ipsis oculis se vidísse , cum hujusmodi inscrip tione ; In hoc vince : eoque viso se ipsum & milites omnes , qui ipsum sequebántur , & qui spectatóres miráculi fúerant , veheménter stu pescatos. Sed ánimo dubitare cæpit quidnam hæc apparítio sibi vellet. Tum dormiénti Christus appáruit cum signo illo quod osténsum in cœlo fúerat ; præcepit que , ut militári signo ad similitúdinem ejus quod in cœlo vidísset , fabricáto , eo tanquam salutári præsidio in præ-

14. Martii.

Apparitionis S. Crucis.

131

liis uteretur. Mandato Constantinus obediens, imáginem signi jussit ex auro ac lapillis exprimi. Quo adversus oppositas hóstium cópias semper est usus; aliaque ad ejus similitudinem expréssa signa cunctis exercitibus præferriri jussit. Progrēssus adversus Maxéntium, ejus cópias tríplici Crucis victoriâ fugavit. Tyrán-nus Jverò propriis máchinis in suam perniciē convérsis, ipse & cuncti quos circà se magos ac milites habebat, è Ponte Mílvio in Tibe-ris altissimum gúrgitem demersi sunt.

R. Dum sacrum pignus cœlitus revelatur, Christi fides roboratur: Ad sunt prodigia in virga Moysi primitus figura-ta.

R. Ad Crucis contac-

tum resurgunt mortui, & Dei magnalia rese-
rantur. Adsumt.

Lectio vi.

Ex Sozomeno, lib. I.

cap. 4.

T Ráditur autem sig-
niferum qui vexil-
lum Crucis portábat,
repentino hóstium in-
cúrso pertérritum, il-
lud álteri dimisisse;
sequé ex prælio subduxisse;
cumque jam extrà
telórum jaustum stetis-
set, subito lethali vúl-
nere percússum corruisse:
cum verò qui divi-
num signum gestandum
fuscéperat, multis in
ipsum jacula mitténti-
bus, illæsum permansisse.
Quippe hóstium tela
mirabili quadam modo,
velut divinâ quadam vir-
tute ea dirigénte, signo
infigebántur: ab ipso
autem signifero inter-
tor pericula constituto

R ii

avolabant. Sed memoratur, nec aliud quemquam militem huic signo gestando deputatum, in gravem unquam calamitatem (sicut in bello fieri solet) incidisse; nec vulneratum unquam, aut captivum fuisse. Statim vero post triumphum, Constantinus in medio urbis Regiae sublimem hastam in modum Crucis, sub manum statuæ suæ poni jussit. Ac in hunc modum victoricis Crucis confessione praesere ferens, filium Dei Românis liberè predicavit. Gentes quoque universæ Constantinum victorem & pium laudibus extulerunt. Ecclesiæ deinde ad honorem omnipotenter Dei ubique cœperunt ædificari; destrutis idolorum templis.

Rg. Hoc signum Crucis

erit in cœlo, cum Dominus ad judicandum venerit: * Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri.

V. Cùm federit filius hominis in sede maiestatis suæ, & cœperit judicare sæculum per ignem. Tunc manifesta. **Gloria Patri.** Tunc manifesta.

In tertio Nocturno.

Antiph. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Psalmus. Cantate Domino canticum novum:

* cantate. **pag. 21.**

Ant. Per lignum servi facti sumus, & per sanctam Crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, Filius Dei redemit nos.

Psalmus Dominus regnavit, exultet. **pag. 22.**

14. Martii.

Apparitionis S. Crucis.

133

Ant. Salvator mundi
salva nos , qui per Cru-
cem & sanguinem tuum
redemisti nos , auxiliare
nobis , te deprecamur
Deus noster.

Psalmus. Cantate De-
mino canticum novum :
* quia. pag. 23.

V. Omnis terra adoret
te , & psallat tibi.

R. Psalmum dicat no-
mini tuo Domine.
Lectione sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio VII. cap. 24.
IN illo tempore : di-
xit Jesus Discipulis
suis ; Tunc parébit sig-
num Filii hóminis in
cœlo : & tunc plangent
omnes tribus terræ. Et
réliqua.

De homilia sancti Joani-
nis Chrysostomi Epis-
copi. **De Cruce & la-**
trone.

VIdeámusquómodo
cum Cruce veniet

Dóminus : Necessárium
est enim & hoc ipsum
osténdere. Quemádmo-
dum ingrediéntem Re-
gem in civitátem, exér-
citus antecédit , præfe-
rens húmeris signa at-
que vexilla regália , &
ámbitu præparatiōnis
Armísonæ annúnciat Re-
gis intróitum : ita Dó-
mino descendénte de
cœlis præcèdet exérci-
tus Angelorum, qui sig-
num illud , id est , tri-
umphale vexillum su-
blimibus húmetis præ-
ferentes , Divinum Re-
gis cœléstis ingréssum
terris trementibus nun-
ciábunt. Tunc, inquit ,
commovebúntur virtú-
tes cœlorum : de An-
gelis dicit ; quemádmo-
dum enim Principe ju-
dicánte, non solùm rei,
sed & officia quæ nihil
sibi cónscia sunt , tre-
môre comprehendún-

tur: ita & tunc cùm geni-
nus humánum judicábi-
tur, etiam coeléstes mi-
nistri pavébunt, & ter-
ribilem appárátum Jú-
dicis intuéntes, hor-
réndâ formidine con-
tremiscent.

R. Dulce lignum, dul-
ces clavos, dulce pond-
dus sustinuit: * Quæ so-
la digna fuit portare
prætium hujus sæculi.

R. Hoc signum Crucis
erit in cœlo, cùm Do-
minus ad judicandum
venerit. Quæ sola.

Lectio VIII.

Sed quare Crux ap-
parébit tunc, & quā
ob causam in ejus præ-
latu Dóminus advéniet?
Ráto perspicua est, ut
agnoscat consilium ini-
quitatis suæ, qui Dó-
minus majestatis cru-
cifixérunt: Per hoc enim
signum, impudens Ju-
dæorum redarguitur im-

pietas. Et quómodo
propter hoc ipsum ha-
bens Crucem véniet,
audi ipsum in Evangé-
lio protestántem: Quia
tunc plangent omnes
tribus terræ, vidéntes
accusatórem suum, id
est, ipsam Crucem, &
ipsâ arguente cognós-
cent peccátum suum se-
rò, & frustrà fatebún-
tur impiam cæcitátem.
Quid autem miráris, si
Crucem áfferens véniet,
ubi & ipsa vúlnera of-
téndet? Tunc vidébunt,
inquit, in quem com-
punxérunt. Quemámo-
dùm enim in Thoma
fecit, volens increduli-
tatem Discipuli erro-
remque corrígere pro
multorum fide, & in-
gerens osténdit illi sig-
na clavórum, & ipsa de
clavis vúlnera; tunc
osténdet vúlnera, &
Crucem manifestabit;

14. Martii.

Apparitionis S. Crucis.

135

ut osténdat quóniam ip-
se est qui crucifixus est.

R. Sicut Moyses exal-
tavit serpente in de-

serto , ita exaltari oportet Filium hominis : *

Ut omnis qui credit in
ipsum non pereat , sed
habeat vitam æternam.

V. Non misit Deus Fi-
lium suum in mundum,
ut judicet mundum, sed
ut salvetur mundus per
ipsum. Ut omnis. **Glo-**
ria Patri. Ut omnis.

**Nona lectio de homilia
feriae occurrentis , & de
ea fit commemorat. in
Laudibus & Missa.**

**A D L A U D E S ,
& per Horas.**

Ant. O magnum pieta-
tis opus ! mors mortua-
tunc est , in ligno quan-
do mortua vita fuit.

Psalmus. Dominus reg-
navit. **cum reliquis. pag.
28.**

Ant. Salva nos Chris-

te Salvator per virtu-
tem Crucis, qui salvasti
Petrum in mari , miser-
ere nobis.

Ant. Ecce Crucem Do-
mini , fugite partes ad-
versæ , vicit leo de tri-
bu Juda , radix David.

Ant. Nos autem glo-
riari oportet in Cru-
ce Domini nostri Jesu
Christi.

Ant. Per signum Cru-
cis de inimicis nostris
libera nos Deus noster.

Capitulum. Phil. 2.

Fratres , hoc enim
sentite in vobis ,
quod & in Christo Je-
su : qui cum in forma
Dei esset , non rapinam
arbitratus est esse se æ-
qualem Deo : sed semet-
ipsum exinanivit , for-
mam servi accipiens ,
in similitudinem homi-
num factus , & habitu
inventus ut homo.

R. Deo gratias.

Hymnus.

Lusta sex qui jam
peregit,
Tempus implens cor-
poris,
Sponte liberâ Redēptor
Passioni deditus,
Agnus in crucis levatur
Immolandus stipite.
Felle potus ecce lāguet,
Spina , clavi , lancea
Mite corpus perforarūt:
Unda manat ; & crux:
Terra , pontus , astra ,
mundus ,
Quo lavantur flumine !
Crus fidelis inter om-
nes
Arbor una nobilis :
Silva talē nulla profert
Fronde, flore, germine :
Dulce ferrum , dulce
lignum ,
Dulce pondus sustinēt.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera ,
Et rigor lentescat ille ,
Quem dedit nativitas ;
Et superni mēbra Regis

Tende miti stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre mundi victimam;
Atque portū præparare
Arca mundo naufrago,
Quam sacer crux per-
unxit ,
Fusus Agni corpore.
Sempiterna sit beatæ
Trinitati gloria :
Æqua Patri, Filioque ;
Par decus Paraclito :
Unius, Trinique nomen
Laudet Universitas.
Amen.

X. Adoramus te Chris-
te , & benedicimus tibi.
B. Quia per Crucem
tuam redemisti mundū.
A. Benedictus, Ant.
Super omnia ligna ce-
drotum tu sola excel-
sior , in qua vita mundi
pependit , in qua Chris-
tus triumphavit , &
mors mortem superavit
in æternū.
Oratio. Deus qui mun-
di salutem. pag 119.

Missa, ut in die Exaltationis Sanctæ Crucis: præter Orationem, Epistolam, & Evangel. quæ hic habentur.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. *Cap. 12.*

IN diebus illis: Factum est prælrium magnum in cœlo: Michaël, & Angeli ejus præliaabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli ejus: & non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanás, qui seducit universum orbem: & projectus est in terram, & Angeli ejus cum illo missi sunt. Et audivi vocem magnam in cœlo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus,

& regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus: Quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinē Agni, & propter verbum testimonii sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis.

Sequentia sancti Evangelii, secundum Matthæum. *cap. 24.*

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: Tunc parebit signum Filii hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & majestate. Et mittet Angelos suos cum

tuba, & voce magna: & congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: Cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, scitis quia propé est aestas: Ita & vos cùm videbitis hæc omnia, scitote quia propé est in januis.

Dicitur Credo.

DIE XXVIII. MAR.

In festo sanctorum Liberati, Jucundi, Columbæ, & Florentianæ Martyrum. Semidupl.

Omnia de communii plurimorum Martyrum.

Oratio.

Domine, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Liberati, Jucundi, Columbæ, & Florentianæ natalitia colere: da nobis in æterna beatitudi-

28. Martii.

ne de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno.

Si hoc festum celebretur in Quadragesima, Lectiones, De Epistola ad Romanos: Fratres, debitores sumus.

Si Tempore Paschali. Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

In Quadrages. Lectiones de sermone sancti Augustini Episc. Quotiescumque, Fratres.

Tempore Paschali, de sermone sancti Ambros. Dignum & congruum est.

In tertio Nocturno.

In Quadrages. Lect. de homilia sancti Gregorii papæ, in Evangelium: Cùm audieritis prælia & seditiones. Non a lect. de homilia feriæ occur.

Tempore Pasch. Lect.

i. April.

S. Mariæ Ægyptiæ.

de homilia sancti Augustini, in Evangelium,

Ego sum vitis vera, &
Pater meus agricola est.
Missa. In Quadragesimam.

Intret in conspectu tuo.
Tempore autem Palchali.
Sancti tui Domine.
Evang. Ego sum vitis
vera, & Pater meus
agricola est.

DIE I. APRILIS.
In festo sanctæ Mariæ
Ægyptiæ. Semiduplex.

Omnia de communi
nec Virg. nec Martyr.
præter Orationem &
Lectiones II. Nocturni
quæ dicuntur ut infrà.

Oratio.

L Argire nobis, mi-
sericors Deus, ut
beata Maria Ægyptia,
quæ, te super omnia di-
ligendo, suorum acce-
pit veniam delictorum,
pœnitentiæ salutaris do-
num nobis obtineat. Per
Dominum.



ARIA Æ-
gyptia, duo;
decennis,
tempore Ju-
stini Impe-
ratoris, relictis paré-
tibus, Alexandriam ve-
nit: fuitque per annos
septendecim ea in civi-
tate peccatrix. Cùm au-
tem Jerosolymam pro-
fæcta, Calvariæ tem-
plum, in festo Exalta-
tionis Sanctæ Crucis,
ingredi tentasset, ter
divinitus repulsa, in
atrio, coram imâgne
Deiparæ Virginis vo-

S ii

139
Deinde, si venerit in
Quadragesimam, fit commem-
feriæ.

In primo Nocturno,
in Quadragesimam. Lectiones
de Parabolis Salomon.

Mulierem fortem. alias
de script. occurrit.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Ex Sophron. Hierosol.

vit poenitentiam, si licet sibi vivificum Crucis lignum videre & adorare: moxque tempore plum ingressa, vidit & adoravit.

R. Propter veritatem.
pag. 72.

Lectio v.

Inde sumpto trium panum viatico, perceptaque Eucharistiâ in Oratório sancti Joannis ad ripam Jordánis, ultra flumen in vastissimâ solitudinem fecessit. Ibi pane consumpto, detritisque vestibus, ignota permansit annis quadraginta septem, donec ad torréntem quendam occurrit ei Zósimas Presbyter, à quo obtinuit ut vespere in cœna Domini, in adversam Jordánis ripam afférret sibi Corpus & Sanguinem Domini, quorum participatione tot annos caruerat.

R. Dilexisti justitiam.
pag. 73.

Lectio vi.

Condicto die accéssit ad eundem locum Zósimas, quò & Maria, signo Crucis ducto super aquas, moxque super eas ambulans pervénit; recitatōque Symbolo & Oratiōne Dominicā, ut moris erat, accépto etiam pacis osculo, divina dona suscepit; rursusque precata est Zósimam, ut anno recurrēnte ad eundem torréntem veniret. Qui cum eò accessisset, conspexit corpus ejus jacens in terra, in qua scripta hæc legit: Sépe li, Abba Zósima, misericordia Mariæ corpuscum; redde tertæ quod suum est, & púlveri adjice púlverem; ora tamen Deum pro me, transiunte mense Phar-

I. April. S. Marthæ Ægyptiæ. 141

múthi , nocte salutiferæ plurimorum Martyrum,
Passionis , post Divinæ præter ea quæ hic assig-
& sacræ cœnæ commu- nantur.

niónem. Córpori ejus Oratio propr. ut in Bre-
leo advéniens , effóssâ viario.
ungulis terrâ , parávit sepúlchrum.

Bz. Fallax gratia , & va- na. pag. 78.

In tertio Nocturno.
Homilia in Evang. Si- mile est regnum cœlo- rum thesauro. de com- mun. nec virg. nec mart.

In Quadrag. nona lec-
tio de homilia feriæ ; cujus fiet comm. in Lau-
dibus , & Missa.

Missæ. Cognovi Domi- ne.

Vesperæ de S. Francis- co de Paula Conf. cum comm. præcedentis & fer. in Quadrag.

DIE XIV. APRIL.
In festo SS. Tiburtii , Valeriani , & Maximi , Martyrum. Duplex.

Omnia de communi

plurimorum Martyrum,
præter ea quæ hic assig-
nantur.

Oratio propr. ut in Bre-
viario.

In primo Nocturno , Lectiones de script. oc- curr. nisi venerit in Qua- drag. tunc enim erunt de Epist. ad Rom. Fra-
tres , debitores sumus.

In secundo Nocturno , quarta & quinta Lect. ut in Brev. sexta ut infrà.

Sermo sancti Joannis Chrisostomi.
Homilia 34. in Matth.
Lectio vi.

Q Uâ igitur veniâ nos érimus digni , tália habéntes exémpla ? Quænam libera nobis respondéndi potésta erit , quos non exágitant flagella , non urgent cârceres , quibus non Príncipes , non Si- nagógæ minántur , nec aliquid hujusmodi ma-

lórum impéndeat , imò
verò ómnia se in con-
trárium hábeant? Do-
minámur enim , & reg-
na possidémus : quippè
qui fidéles reges habé-
mus , unde Christíani
honóribus áffluunt, præ-
fectúras régionum adi-
piscúntur , honóre , se-
curitáte , ac pace po-
tiúntur , neque sic ta-
men vincimus. Et illi
quidem cùm ad cruciá-
tum quotídie duceré-
tur , & tam magístri
quàm discípuli , tor-
mémentis atque flagéllis
cæderéntur , majóribus
tamen illi deliciis frue-
bántur , quàm qui in
viridáriis & hortis amæ-
nis degunt. Nos verò ,
qui nec in somnis qui-
dem cruciátum áliquem
sustinúimus , multò mol-
lióres quàm cera sumus.
R. Filiæ Jerusalēm , ve-
nite & videte Martyres

cum coronis , quibus
coronavit eos Domi-
nus , * In die solemnitatis
& lætitiæ , Alle-
luya.

V. Quoniam conforta-
vit seras portarum tua-
rum , benedixit filios
tuos in te. In die solem-
nitatis. **G**loria Patri.
In die solemnitatis.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundùm Joannem.

Lectio vii. cap. 16.

IN illo tempore : di-
xit Jesus Discipulis
suis: Módicum , & jam
non vidébitis me : &
iterùm módicum , & vi-
débitis me : quia vado
ad Patrem. Et réliqua.

Homilia venerabilis

Bedæ Presbyteri.

Domin. æstiv. Jubilate.

Cunctis fidélibus
hic sermo Dómi-
ni cónvenit , qui per
lâcrymas , pressurásque

præsentes ; ad gaudia
æterna pervenire con-
tendunt. Qui méritò in
præsenti plorant, flent,
& tristes sunt, quia nec-
dum valent videre quem
diligunt. Quia quādiū
sunt in corpore, pere-
grinari se à sua patria &
regno cognoscunt : quia
per labores & certami-
na ad corónam sibi per-
veniéndum esse non dû-
bitant. Quorum tristitia
vertétur in gaudium ,
cum finito agóne vitæ
hujus, bravum vitæ pe-
rennis accipient ; de
quo dicitur in Psalmo :
Qui séminant in lácry-
mis, in gáudio metent.

R. Ego sum vitis vera ,
& vos palmites : *Qui
manet in me , & ego in
eo , hic fert fructum
multum, Alleluya, allel.

y. Sicut dilexit me Pa-
ter , & ego dilexi vos.
Qui manet.

Lectio viii.

F Léntibus autem &
contristatís fidéli-
bus , mundus gaudet ,
quia jure in præsentibus
qualecunque gaudium
habent , qui altérius vi-
tæ , vel nulla esse gáu-
dia sperant , vel se ad
hæc pertinere posse
desperant. Quod tamen
speciáliter de persecutó-
ribus fidei Christiánæ
potest intelligi , quia
cruciátis , occisiisque
Martyribus , ad tempus
se prævaluisse gaudébát.
Sed non post multum
illis in occulto coroná-
tis , ipsi pænas perfidiæ
suæ simùl & homicidii
subibant æternas. Qui-
bus divinâ increpatiōne
recte dicitur per Pro-
phétam : Ecce servi mei
lætabuntur , vos autem
confundemini.

R. Candidi facti sunt
Nazaraei ejus , alleluya:

splendorem Deo dede-
runt , alleluya : * Et si-
cut lac coagulati sunt ,
alleluya , alleluya.

V. Candidiores nive ,
nitidiores lacte , rubi-
cundiores ebore anti-
quo , sapphiro pulchrio-
res. Et sicut. **Gloria**
Patri. Et sicut.

Lectio ix.

Mulier cùm parit
tristitiam habet ,
quia venit hora ejus.
Mulierem dicit sanctam
Ecclésiam , videlicet
propter fecunditatem
bonorum operum , &
quia spiritales Deo fi-
lios gignere nunquam
désinit. Ad hujus mu-
lieris membra se perti-
nere signabat , qui re-
cedentibus quibúsdam à
castitate fidei , tristis
aiébat : Filiali mei ,
quos iterum parturio
donec formetur Christus
in vobis. Ad hujus

se membra pertinérē te-
stántur , qui cœlestibus
desideriis accénsi , in
conditóris sui laude pro-
clamábant : A timore
tuo Dómine concépi-
mus , & parturívimus ,
& pepérimus spíritum.
Hæc muller cùm parit ,
tristitiam habet , quia
venit hora ejus. Cùm
autem péperit puerum ,
jam non méminit pres-
súræ propter gáudium ,
quia natus est homo in
mundum.

T e Deum.

In Missa , Evangelio:
Modicum & jam , &c.
ut in Dominica 3. post
Pascha.

Credo. in Metrop. tant.
DIE XXIII. APRIL.

In festo Dedicationis
Basilicæ Albiensis.

Duplex i. classis ; cum
Octava.

Omnia ut in communi
ni Dedicationis Eccle-
siae ,

23. April. Dedic. Basilicæ Albiensis. 145

sæ , præter Læctiones
2. nocturni.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex Chartul. Eccl. Alb.



LBiensis Ecclésia beátum Claram , qui primis æræ Christiánæ sæculis in Gállias Evangélii præco missus fuerat , Protopræfulem se habére gloriátur. Hunc autem virum Apostólicum Albiæ honoríficè excep-tum , ibique per aliquot annos pacificè commo-ratum , universâ gente fidei rádiis illustrátâ , dirutisque inánium deórum fanis , Templum & aram , pro rerum & témporum statu , vero Deo inibi erexisse minimè dubitandum est. Verum , quo témporte Albién sis Ecclésia Beá-

tæ Cæciliæ dicata füe-rit , pénitùs ignorátur. Attamen ex vetustiòribus quæ supér sunt ejus-dem Ecclésiæ tábulis planè constat beátam Cæciliam , multis ab hinc retrò sæculis , in præfata Ecclésia tan-quam Patrónam & sanctam Tutelárem invocári. Certúmque & ex-plorátum est véterem Ecclésiam , cuius his étiam tempóribus quæ-dam extant parietinæ , in qua Canónici sub Régula Divi Augustini quondam militantes , Dómino famulabántur , venerandæ hujus Virginis & Mátyris me-móriæ fuisse consecrá-tam.

R^z. Orantibus in loco isto , * Dimitte pecca-ta populi tui Deus , & ostende eis viam bo-nam , per quam ambu-

T

lent, & da gloriam in loco isto. Alleluya.

V. Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Cherubim. Dimitte.

Lectio v.

Cum autem vetustate collaboretur prior haec & antiqua Cathedralis Ecclesia, Bernardus de Castaneto tunc Episcopus, / qui pro canonizatione sancti Ludovici, ad Bonifacium octavum Papam, Regis Philippi, cognomento pulchri, orator accederat; ac demum Cardinalitatem dignitate fuit insignitus, / habito cum venerabili Capitulo consilio, Basilicam novam ædificare decrevit: ejusque sub finem seculi decimi tertii fundamenta jecit. Operi tam arduo, tamque mag-

nifico vix intra duo sæcula peracto, singularia picturæ & sculpturæ ornamenti quamplurima Ludovicus de Ambosia imprimis, aliquique ejus successores Episcopi addidere: & in eamdem Basilicam pluras & insignes sanctorum Reliquias intulere. Sed cum temporis progressu circa diem Dedicationis ejusdem Ecclesiae dubitaretur aliquatenus, omnem ambigendi rationem exclusit Hyacinthus Serroni pri-mus Albiensem Archiepiscopus.

R. O quam metuendus est locus iste: * Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Alleluya.

V. Hæc est domus Domini firmiter ædificata, bené fundata est supra firmam petram. Verè.

Lectio vi.

E Tenim canonicā inquisitiōne perac-tā , repertum est chirō-graphum authēticū ejusdem Ludovici Episcopi , quo constat factam ab ipso Ecclésiā novāe consecratiōnem , die vigésimā tertiā mensis Aprilis , anno suprā millésimum quadringētesimum octogésimo : assisténtibus Episcopis Castrénsi & Vabrénsi ; quorum Ecclésiā nunc huic nostrae Metropolitāe suffragántur ; ac páriter Mimaténsis , Ruthenénsis , & Cadurcén-fis . Ad instantiam quippe Regis Christianissimi Ludovici Magni , scujus nomen ac reli-giōnem , ob extinctam Calvinianam hæresim , ejusque prophána templa destrúcta , suis in fastis Ecclésia Cathóli-

ca méritis extulit laudibus) Románus Pón-tifex Innocéntius undécimus Ecclésiam & sedem Episcopálem Albiensem , in Archiepiscopálem & Metropolitánæ Provinciæ sedem eréxit .

R. Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum , fundens oleum desuper , votum vovit Domino : *Verè locus iste sanctus est , & ego nesciebam . Alleluya .

V. Cumque evigilasset Jacob de somno , ait : Verè locus . Gloria Patri . Verè locus .

In 2. vesp. comm. S. Georgii Martyris. Ora-tio Deus qui nos. ut in Breviar.

Infra octavam Offi-cium sic ut in Brevia-rio , de communi Dedi-cationis.

DIE XXIV. APRIL.

Commemoratio sancti

Robertii Abbatis.

Officium fit de sancto

Georgio Mart. Semid.

ut in Breviario die 23.

Aprilis, cum commem.

& nona lect. sancti Ro-

berti.

Oratio Intercessio nos.

de communi Abbatum.

Lectio ix.

Ex ejus vita apud Boll.



OBERTUS, ex illustri sancti Geraldii Comitis Aureliaensis prosapia natus; cum infansculus à laete impudicæ nutricis abhorruisset, non levia futuræ sanctitatis dedit indicia. Adhuc puer à parentibus Brivatæ mititur, ubi primis fidei scientiarumque rudimentis imbūtus, se dignum præbuit qui sacræ militi-

tiæ adscriberetur. In ecclésia sancti Juliáni martyris Cléricus factus, mox inter Canónicos deputatus, paulò post Sacerdotáli charactére insignitus, Thesaurárii officio functus est. Verum solitudinis desiderio captus, in Erémum secéssit. Ibi, hortátu Racónis Episcopi Clarmontáni, fratres aliquot quos sanctæ disciplinæ sequaces fáceret, aggregávit. Facta sibi piórum virorum familiâ, Monastérium, quod Casa-Dei dictum est, Leónem nono Summo Pontifice, & Henrico primo Gallorum Rege favéntibus, in honorem sanctorum Agricolæ & Vitális ædificávit. Cœnobio tandem peracto, Robértus ipse, quamvis reluctans, primus Abbas institutus, col-

lēcto gregi , Pastor optimus , per annos quindecim præfuit. Die óbitū sibi revelatā , fratres , qui jam trecénti numerabántur , ad se convocári jussit : quos post vāria pietatis dōcumenta , singulos osculátus , ad æternam felicitátem evolávit.

DIÉ I MAII.

Commemoratio sancti Sigismundi Burgundiæ Regis , Martyris.

Officium fit de SS. Philippo & Jacobo Apostolis , ut in Breviar. cum commemoratione S. Sigismundi in Laudibus & Missis privatis , & nona lectione.

Oratio. Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut qui. de commu. unius mart.

Lectione IX.
Ex sancto Gregorio Turonensi.



IGISMUNDUS , post interemptū per iniquæ consilium cónjugis filium , compunctus corde , Agáunum dirigit , ibique prostratus coram sepulchris beatissimorum Mártirum Legiónis Felicis pœnitentiā egit ; déprecans ut quæcumque deliquerat , in hoc ei saeculo ultio divina retribueret , ut scilicet habeatur in judicio absolitus , si ei mala quæ gesserat , priusquam de mundo decedat , repentsur. Ibique & psallentium quotidianū instituit , locumque tam in territoriis , quam in reliquis rebus affluentissimè ditavit. Postea vero captus à Chlodomere Francorum Rege cum filiis , interfectusque e-

jus iussu, ad eundem locum delatus, sepultus mandatus est. Quem in consortium sanctorum adscitum ipsa res quae geritur, manifestat: nam si qui nunc frigoritici in ejus honore Missas devote celebrat, ejusque pro requie Deo offerunt oblationem, statim comprehensis tremoribus, restinctis febris, sanitati pristinæ restaurantur.

Te Deum.

In 2. vesp. commem.
sancti Athanasii, &
sancti Orientii Mart.

DIE II. MAII.

Commemoratio sancti Orientii Episcopi.

Officium fit de sancto Athanasio. Dup. ut in Breviario, cum comm. & nona lectione sancti Orientii.

Oratio. Exaudi quæsumus Domine, de com-

muni Conf. Pont.

Lectio ix.

Ex veteri Legendario Albienensi.



RIENTIUS,
ex partibus
occitanis,
Urgellensis
Ducis filius,

defunctis parentibus, regimen Ducatus accipit. At paulo post bonis in pauperes erogatis, mancipiisque manumissis, in deserta loca migravit: quo spiritu Dei, sub specie brachii manusque visibilis ipsum benedicentis, datus est. Diebus singulis Psalmatum recitabat. De labore suo panem manducans & olera; aquam ad potum adhibebat. Pallio & tunica contentus; atque catenâ pro cingulo utens; nudâ cubabat humo. Electionem ejus ad Ec-

5. Maii.

Sancti Eutropii.

151

clésiæ Auxitánæ Cà-
thedram áridæ virgæ
frondescéntis & flores-
céntis mirâculum com-
probávit. Post aliquot
annos desértum repétiit
à quo divinitus ad se-
dem redire compúlsus
est: ubi & miráculis,
& virtútum exémplis
multùm enítuit. Mó-
tiens anno Pontificátus
quadragésimo primo, vi-
dit Dóminum Jesum
cum Sanctis & Ange-
lis se ad cœlestia regna
vocántem. Tunc à Dó-
mino supplex impetrâ-
vit, ut sibi devótí ma-
lignos fugárent spíritus;
suique sepúlchri locus
semper ab adversariis tu-
tus foret.

T e Deum.

DIE III. MAII.

Inventio sanctæ Crucis.
Duplex 2. classis, cum
octava.

Omnia ut in Breviar.

Sancti Eutropii.

Infrà octavam fit Of-
ficium de sanctis occur-
rentibus, ut in Breviar.
cum commemor. oct.

DIE V. MAIL

In festo sancti Eutropii
Episcopi & Martyris.
Semiduplex.

Omnia de communi
Mart. tempore Paschali,
præter lectiones 4. & 5.
Oratio. Deus qui nos.
Commemor. octavæ S.
Crucis.

In primo Nocturno,
Lectiones de scriptura
ocurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex sancto Gregorio
Turonensi.

Lib. 1. de gloria Mar-
tyrum. cap. 56.



UTROPIUS
Martyr San-
tónicæ ur-
bis, à beato
Cleménte

Episcopo fertur diréc-

tus in Gállias , ab eodem etiam Pontificális órdinis gratia consecrá-tus est. Impléto hujus officii órdine , peráctâ incrédulis prædicatió-ne , insurgéntibus Pa-gánis , quos auctor in-vidiæ crídere non per-misit , illiso cápite vic-tor occûbuit. Sed quia eo témpore instâte per-secutióne , neque digno-loco sepultus , neque à Christiánis débito ho-nore venerátus est , val-de datum est oblivíioni eum Mártyrem fore : quod hoc órdine trádi-tur revelátum.

R. Lux perpetua luce-bit sanctis tuis Domi-ne ,* Et æternitas tem-porum , alleluya , allel.

V. Lætitia sempiterna erit super capita eorum , gaudium & exultatio-nem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio v.

Post multa annórum spátia in ejus honó-re Basílica ædificáta est. Expléto ópere , Pallá-dius , qui tunc Sacerdo-tális órdinis Cáthedram regébat , convocátis Ab-bátibus sacros cíneres in locum , quem præpará-verat , transférri stu-duit. Quod cùm factum fuisset , duo ex Abbáti-bus reseráto opertório , sanctū corpus aspiciúnt , contemplantúrque cicátricem cápit is , qua in parte defixum fuerat se-cúris acúmen. Sed ne præsens vîsio ducerétur in irritū , etiam spiritua-lis hæc doctrina com-mónuit : scilicet , cùm sequénti nócte stravis-sent Sacerdótes membra quiéti , appâruit per visum his duóbus , di-cens : Cicatricem quam contemplâti estis in câ-pite

10. Maii:

O&t; Invent. S. Crucis.

153

pite, scitote me per eam
martyrium consummá-
se. Et ex hoc , quod
Martyr esset , innötuit
populis ; quia non ade-
rat histôria passiōnis.

¶ In servis suis , alle-
luia , * Consolabitur
Deus, alleluia.

¶ Judicabit Dominus
populum suum , & in
servis suis. Consolabi-
tur.

Lectio vi. Sermo san-
cti Ambrosii Episcopi.
Dignum & congruum
est.

In tertio Nocturno ,
Homil. in Evang. Ego
sum vītis vera , & Pater
meus agricola est.

Missa. Protexisti.

DIE X. MAII.

In Octava Inventionis
sanctæ Crucis. Duplex.

Omnia ut in die , præ-
ter lection. 2. & 3. noct.
Commemoratio SS.
Gordiani & Epimachi

mart. ut in Breviar.

In primo Nocturno ,
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno .
De Epistola sancti Pau-
lini Episcopi ad Severū.
Epist. 31.

Lectio iv.



RGO Crux
dómini tot
opérta ætá-
tibus, & Ju-
dēis in tem-
pore passiōnis abscóndi-
ta ; neque géntibus , in
ædificatiōne fani , ter-
ram sine dubio ad ipsam
fábricam egeréntibus ,
revelata , nonne divinâ
manu látuit , ut nunc
invenirétur cùm reli-
giósè quærerétur ? Ita ,
ut Crucem Christi dé-
cuit , experiménto re-
surrectionis invénta &
probáta Crux Christi
est ; dignōque mox ám-
bitu consecrátur , cón-

ditâ in Passiōnis loco
Basilicâ , quæ auratis
corūsca laquearibus , &
áureis dives altaribus ,
arcano pôsita sacrario
Crucem servat , quam
Episcopus urbis ejus
quotannis , cùm Pascha
Dómini ágitur , adoran-
dam pôpulo princeps
ipse venerantium pro-
mit.

R. Nos autem. pag 130.

Lectio v.

NEQUE præter hanc
diem , quâ Crucis ipsius mystérium ce-
lebratur , ipsa , quæ Sacra-
mentorum causa est ,
quasi quoddam sacræ so-
lemnitatis insigne pro-
fertur , nisi intérđum re-
ligiosissimi pôstulent ,
qui hâc tantum causâ
illò peregrinati advéne-
rint , ut sibi ejus revela-
tio quasi in prétium lon-
ginquæ peregrinatiois
deferatur. Quod solùm

Episcopi beneficio ob-
tinéri ferunt : cuius &
tantum múnere de eâ-
dem Cruce hæc minuta
sacri ligni ad magnam
fidei & benedictiōnis
gratiā haberi datur.
Quæ quidem Crux in
matéria insesata vim vi-
vam tenens , ita , ex illo
témpore innúmeris pe-
nè quotidie hóminū vo-
tis lignū suū cōmo-
dat , ut detrimēta non
sientiat , & quasi intâcta
permáneat , quotidiē di-
vidua suméntibus , &
séper tota venerantibus.
Sed istam imputribilem
virtutem & indetribilē
soliditatē de illius pro-
fecto carnis sanguine bi-
bit , quæ passa mortem ,
nō vedit corruptiōnem.

R. Dum sacrum pignus.
pag. 131.

Lectio vi.
Peramus autem &
Svobis , non solùm be-

nedictiōnis monimen-
to , sed & incorruptiō-
nis seminārio futūrum ,
ut ejus inspēctiō fidem
vestram étiam de recor-
datiōne beati illius la-
trónis accéndat, qui be-
nè verso latrocínio, lon-
gas in magnis labóribus
sanctōrum vias de mo-
mēti fide , & momén-
to confessiōnis antíci-
paas, non immérítō ante
ipsos Apóstolos &
Mártires præparatū ip-
sis ab initio, ut ait, reg-
num primus invásit , &
pius cœli prædo dirí-
puit; quia Christum cru-
cifixū similitudine suæ
pænæ videns in eo sta-
tu , de quo étiam disci-
pulōrum fides turbata
nutáverat , Dóminum
tamen majestatis , ut e-
rat, conféssus est ; & pe-
tens in regno Dei me-
móriam sui fieri, in gló-
riam resurrectionis ante

ipsam resurrectiōnē cré-
dedit : quam Apóstoli ,
posteaquam facta est ,
non tantū vidéndo ,
sed experiéndo credi-
dérunt.

R. Hoc signum Crucis.
Pag. 132,
In tettio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundum Joannem.

Lectio VII. cap. 3.

IN illo tempore : erat
homo ex Pharisæis ,
Nicodémus nomine ,
princeps Judæorū. Hic
venit ad Iesum nocte ,
& dixit ei : Rabbi , sci-
mus quia à Deo venisti
magister. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis

Chrysostomi,
Orat. in adorat. vivific.
Crucis.

Venit nobis anni-
versaria dies , om-
ni religiōne colénda ,
lucémque ferens , quæ
ter beatam & vivificam

Vif

Salvatōris nostri Jesu Christi Crucē profert, eāmque ad adoratiōnē propōnit, & eos, qui eam puro péctore & castis lábiis venerántur, sanctificat, & ad réliquum Christiánæ poenitentiæ stádii decurréndum, paratiōres & alacriores efficit. Quocírcà hodiérnus dies adoratiōni pretiósæ Crucis decretus est. Adéste, charissimi; cum timóre & desidério eam complectámur. Resurrectiōnis enim Christi splendórem emittens, omnes gratiis & donis suis illústrat & sanctificat; proptereà illam salutēmus & exosculémur ánimis nostris exultantes. Hódie gáudium existit in cœlo & in terra, quia Crux Christi luciflua & vivifica mundo osténditur, per quā dæ-

mones fugántur; morbi expelluntur; caligo tenebricosa exterminátur; omnésque fines terræ illuminantur.

B. Dulce lignum. pag.
134.

Lectione VIII.

Hodie Christi Ecclésia alias Paradisus efficitur, cùm sanctissimū venerandæ Crucis lignum in médium propónit. Hódie Prophéticum oráculum implétum est. Ecce enim adorámus in loco, ubi stetérunt pedes Dei nostri. Lætare itaque & exulta Christi Ecclésia, & adduc tuos filios, spléndidis virtutibus fulgentes. Quemádomdum enim olim in eremo iecti, qui æreum serpentem aspiciébant, à morte liberabántur, ita & jam Christiāni, hanc dum attingunt, serpén-

10. Maii. O^r. Invent. S. Crucis. 157

tem illum , qui sub in-telligen-tiam cadit , oc-cidunt ; & ipsi immor-tales fiunt , & socii cru-ciatuū Christi per con-tinētiā effēcti , sōciī itidem Resurrec-tiōnis ipsius efficiūntur. Crux enim Dómini armatūra est , trophæi & viētōriæ effēctrix , armatūra Regum insuperabilis , Ec-clésiæ cornu , hōstium profligátrix & interféc-trix , fideliūmque salus.

R. Sicut Moyses. pag.
135.

Nona lectio de sanc-tis Gordiāno & Epīma-chō ; nīsi venerit in do-minica : tunc enim no-na lectio erit de homil. Missa. ut in dic.

In 2. vesp commem. sancti Africani Episco-pi. Oratio. Da quæsu-mus. ut in commu. confess. pont. Et S. Pontii martyris. Oratio. Præ-

sta quæsumus omnipo-tens Deus , ut interce-dente.

DIE XI. MAII.

In festo sancti Africani Episcopi. Semiduplex.

Omnia de communi Confess. Pontif. præter lectiones secundi noct.

Fit commemor. san-cti Pontii Episcopi & Martyris.

In primo Nocturno , Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex vet. legend. Albien.



FRICANUS , in ea Gál-liæ régione quæ nunc Burgündia dicitur, illú-stri génere natus , à pa-rentibus adhuc puer e-ducandus trāditur sanc-to Patiēti Lugdunénsi Episcopo, viro tum do-ctrinâ , tum vitæ sanc-

titate ac morum gravitate, sed præcipue effusâ in páuperes per univerſam Gálliâ liberalitatem celeberrimo; cuius laudes scripsit Sidónius Apollinâris. Hujus vitam Africánus imitatus & mores, & ab eo in sacris & Ecclesiasticis lîteris pénitùs eruditus, ipsius etiam succéffor elec̄tus, Cathedram Lugdunénsis Ecclesiæ, sed per breve tēpus, obtinuit.

R. Inveni David servum. **Pag. 69.**

Lectio v.

Illâ tempestate, collapso Romano Império, diverti reges qui Italiā, Gálliā, Hispániam & Africam armis occupaverant, Ariáni ferè omnes, & Cathólicis ubique infestabant. In illorum numero fuit Rex Burgun-

diōnum, qui Lugduni régiam sedem statuerat; cuius favore efferentibus se se hæréticis Ariánis, & fidei Cathólicæ palam insultantibus, Africánus primo statim sui Episcopátus inīcio, forti & invicto ánimo se oppósuit, ac célebre disputatiōne hábitâ cū præcipuis illius sectæ doctòribus; cùm non possent adversarii resistere eloquentiæ & sapientiæ Africáni, & spirítui qui loquebáatur, illorum in se ódia ádeò accéndit, ut primùm sacris discissis vêstibus cæsus, mox in cácerem detrúsus, déniue sede sua pulsus in Aquitaniâ relegátus sit. Hic cùm audisset Ruthenorum magnam partem adhuc in idolatriæ errore versari, ad illos fide imbuendos se contulit.

R. Posui adjutorium.
pag. 70.

Lectio. vi.

Extriectâ apud eos sub nōmine sancti Saturnini Ecclésiâ ad Sōrgiæ fluminis álveū, per multos annos fidem miro succéssu propagávit, tum sanctitáte vitæ & assiduâ evangélii prædicatiōne, tum etiam multis clarus miráculis. Inter sacrosáncta Missárū solémnia igneus círculus suprà caput ipsius in modum corónæ ef-fulsit. Quemdam qui ludibrii causâ débilem se & mendícum fingébat, utrâque manu, Deo ul-ciscénte, captum, & vé-niam poscéntē, Crucis signo sanitati restituit. Alteri tantùm nō aquis submérso, cùm se invocaret, ipse præsentem opem præstítit. Tandem labóribus atque ætate

conféctus, Apostólicam vitam in Dómino ab-solvit; sepultusque est in eo loco, ubi oppidum cum Ecclésia pôstea cōditum, sancti Africáni nōmine appellátur.

R. Iste est. pag. 70.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium Homo peregrin.

Pro commémoratio-ne sancti Pontii Episcopi & Mart.

Lectio ix.

Sermo sancti Valeriani Episcopi.

Homil. 17. apud Sirm.

Anum nomen à vir-tútibus cæpit, quorum non solum auribus sed etiam oculis quotidie sub præséntia tanti mártiris, beati scilicet Pón-tii fides Religiōnis in-séritur; qui in hac urbe Cimeliénsi pugnā inly-

tæ virtutis primus exerceuit, & quo ordine cœlestis regni possessionem obtineremus, ostendit. Oportet itaque ut nos huic Patrono frequenter tibus insinuemus officiis: quatenus pro nobis apud Dominum peculiaris intercessor invigilet. Intelligite quo honore ille nobis habendus est, qui hujus urbis locum in conflitu cœlestis pugnæ suo victor cruore perfudit. Non itaque longè querendus est quem sequamur. Hic habemus patientiam magistrum; hic exempla præmiorum; hic formam virtutum; hic documenta meritorum.

Te Deum.

In Laudibus & Misericordia fit commemoratio sancti Pontii. Missa. Statuit.

DIE XIII. MAII.

In festo sanctæ Catharinae Senensis. Duplex. ut in Breviar. 30. April.

In 2. vesp. commemoratione sancti Paschalis Papæ. Orat. Exaudi. de communione Confess. Pontif. & sancti Bonifacii Martyris. Oratio propria, Da quæsumus omnipotens. ut in Breviario.

DIE XIV. MAII.

In festo sancti Paschalis Papæ. Semiduplex. Omnia de communione Confess. Pontif. præter Lectiones 2. nocturni.

In primo Nocturno. Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio iv.

Ex Anast. Biblioth.



ASCHALIS natiōne Romanus, ex patre Bonōso, sedit annos septem,

septem , menses quinque, dies sexdecim. Qui à primævo ætatis suæ Divino cùltui mancipatus , atque in sacrosanc-tæ Ecclésiæ Patriárchio studiis divinæ scriptúræ imbútus, tam in psal-tério quàm in sacrís pá-ginis novi , ac véteris Testaménti speciáliter eruditus. Subdiáconus factus , & póstmodùm Diáconus , atque Prés-byter honorificè conser-cratus est. Erat autem vir sanctus, castus, pius, innocens, magnánimus, loquélâ devótus , pudi-citiâ plenus , & hilári-ter in eleemósinis páuperum cuncta quæ habébat opportúnè distri-buens. In collóquiis di-vinis frequéntiùs cum Religiófis ac sanctis mó-nachis sédulâ observa-tiōne die noctuque in-sistébat , & in oratiōni-

bus ac vigiliis, quotidia-nisque jejuniis humili-ter atque honéstè vigé-bat.

R. Inveni David. pag.
69.

Lectione v.

Hic beatissimus præ-sul multa córpora Sanctórum requírens , invénit. Omnem the-sáurum in sacrário cœ-lésti recóndidit , máxi-mè propter captivos & exiles : eos non tantùm à transmarínis regióni-bus viros ac mulieres , auro , seu argénto rédi-mens ; verùm étiam per longínqua viárum ití-nera passim perquiréndo , tam in Hispániæ pártibus , quàm per singula loca invéniens , si-cut bonus & verus Pas-tor , ad propria perdú-xit. Sed neque siléntio prætereúndum est , quod cùm Romæ Anglórum

habitatio flammis exundantibus absumeretur, nudis pedibus pedeſter cucurrit. Cui tanta omnipotētis Dei in ejus adventu misericordia adfuit, ut locum in quo prius idem coangēlicus Pōntifex cōſtitit, nequāquam ultērius impēius ignis trānsgredi permisit.

P. Posui adjutorium.
pag. 70.

Lectio. vi.

S Acris reliquiis sanctorum Cæciliæ, Valeriāni, Tiburtii, & Máximi mártirum, nec non Urbāni & Lúci Pontificum, quas mirabiliter invénit, & sub altari collocavit, plurima obtulit dona: imáginem scilicet Beatæ Cæciliæ, ex lamine argenteis; tres alias imágines argenteas deauratas. Obtulit quoque

in sacro altari vestem habéntem in medio tabulam cum históriâ quāliter Angelus Beátam Cæciliam, Valeriānum, & Tiburtium, coronavit. In arcéllam verò ubi venerabile caput ejusdem virginis condidit, fecit vestem parvam. Fecit etiam & aliam vestem in arcella ad corpus jam dictæ virginis & mártiris. Denique pro Sanctórum illorū opitulatiōne construxit Monastérium in honorem virginum, seu mártirum Agathæ & Cæciliæ juxtā ipsius Ecclésiam, in loco qui dicitur Colles-jacentes.

P. Iste est. **pag.** 70.

In tertio nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. cap. ii.

In illo tempore: dixit Jesus Discipulis

suis : Nemo lucernam accendit , & in abscondito ponit , neque sub modio : sed super candelabrum , ut qui ingrediuntur , lumen videant . Et reliqua . Homilia sancti Augustini Episcopi .

De sermone Domini in monte.

Quid putamus , ita esse dictum sub modio , ut occultatio tantum lucernæ accipienda sit , tanquam si diceret : Nemo accendit lucernam & occultat illam ? An aliquid etiam modius significat , ut hoc sit pónere lucernam sub modio , superiora facere corporis comoda , quam prædicacionem veritatis : ut ideo quisque veritatem non prædicet , dum timet ne aliquid in rebus corporalibus molestias

patiatur ? Et bene modius dicitur : sive propter retributionem mensuræ , quia ea quisque recipit quæ gessit in corpore : ut illic , inquit , recipiat unusquisque quæ gessit in corpore , & tanquam de hoc modo corporis alio loco dicitur : in qua mensura mensi fueritis , in ea remetiétur vobis . Sive quóniam temporalia bona quæ corpore peraguntur , certâ eorum mensurâ & inchoantur & transfeunt , quam fortasse significat modius : æterna vero & spiritalia nullo tali fine coercentur . Non enim ad mensuram dat Deus sp̄iritū . Sub modo ergo lucernam ponit , quisquis lucē bonæ doctrinæ commodis temporalibus obscurat & tegit .

R. Amavit eum Do-

minus, &c. pag. 87.

Lectio viii.

Super candelábrum autem, qui corpus suum ministério Dei subjicit, ut supérior sit prædicatio veritatis, & inférior servitus corporis; per ipsam tamen corporis servitutem excelléntior lúceat dóctrina, quæ per officia corporalia, id est, per vocem & linguam & cæteros corporis motus in bonis opéribus insinuatur discéntibus. Super candelábrum ergo ponit lucernam cùm dicit A-póstolus: Non sic pugno tanquam áërem cædens, sed castigo corpus meum & servituti subjicio. Quod verò ait: Ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Domum puto dictam habitatió nem hóminum, id est, ipsum mundum, prop-

ter id quo d supérius ait; vos estis lumen mundi. Aut si domum quisque vult accipere Ecclésiam, nec hoc est absurdum. Sic lúceat, inquit, lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona facta vestra, & glorifcent Patrem vestrum qui in cœlis est.

R. Sint lumbi vestri.
pag. 88.

Nona Lectio de san-
cto Bonifacio, ut in
breviar. De duabus fiet
una.

Si autem transferatur festum S. Paschalis, nona lectio erit, ut sequitur.

Lectio ix.

Non ergo tantum dixit, ut videant bona ópera vestra, sed addidit, & glorifcent patrem vestrum qui in Cœlis est, ut hoc ipsum quod homo per bona é-

14. Maii.

Sancti Paschalis.

165

pera placet hominibus ,
non ibi finem constituat
ut hominibus pláceat ,
sed referat hoc ad laudē
Dei , & proptérea plá-
ceat hominibus ut in il-
lo glorificétur Deus.
Hoc enim laudántibus
éxpedit , ut non hómi-
nem , sed Deum honò-
rent : sicut in ipso hó-
mine qui portábatur ,
Dóminus osténdit , ubi
admirátæ sunt turbæ , pa-
ralytico sanáto , virtutes
ejus , sicut in Evangélio
scriptum est , timuérunt ,
& glorificavérunt Deū
qui dedit potestátem ta-
lem hominibus.

Te Deum.

In laudibus & Missa
fit commemoratio San-
cti Bonifacii.

Massa. Sacerdotes.
Evang. Nemo lucernam
accendit. quod tertio lo-
co assignatur in eadem
Massa.

DIE XIX MAII.

Commemoratio sancti
Ivonis Presbiteri.

Officium fit de S.Peo-
tro Cælestino, Duplex,
ut in Breviario : cum
commemorat. & nona
lectio Sancti Iponis.
Oratio. Adesto Domi-
ne, &c. de comm. conf.
non pontif.

Lectio ix.

Ex ipsius vita , & proces-
canonisat. apud Boll.



VO in tre-
corensi Diœ-
cesi, genere
haud igno-
bili natus ,
Doctrina & pietate in-
signis , ab Episcopo suo
judex Ecclesiasticus cōs-
titutus fuit. Hoc in mû-
nere vir beatus , páupe-
rum causas benignè sus-
cipiens , litigantes ad
concordiam flectens ,
numquam sententiam
sine lácrys protulit.

Animum quotidianâ sa-
cræ scripturæ lectiōne à
forénsi strépitū avocans
recreābat. Paræciæ cu-
jusdam curâ suscéptâ ,
pópulum verbo Dei sé-
dulò pavit. Sic affixus
erat contemplatiōni, ut
semel septem dies o-
rans, absque cibo incó-
lumis perstiterit. Cùm
aliquándo sacrificans ,
hóstiam vivificam offér-
ret, à circumfusa mul-
titudine, igneo vallatus
globo supérnè delápsō ,
visus est. Crucis signá-
culo aquas dividens, sic-
co vestigio flumen per-
tránsiit. Panem únicum
in multórum egenórum
alimoniā distribuens ,
quoad cuique satis esset,
adáuxit. Dissolutiōnis
desideratæ præscius, hu-
mi , (ut semper áliás
cùm quiésceret) décu-
bans , spiritum in salva-
tòris manus efflavit.

Te Deum laudamus.
DIE XX. MAII.

Commemoratio san-
ctæ Pudentianæ virgi-
nis ; cùm nona lectio-
ne ejusdem , ut in Bre-
vilio 19. Maii.

Officium fit de S. Ber-
nardino Senensi Conf.
Semidup.

DIE XXV. MAII.

In festo sancti Urbani
Papæ & mart. Duplex.

Omnia de communi
mart. præter ea quæ hic
habentur propria.

Oratio propria. Da
quæsumus. ut in Brevia.

Deinde fit commem-
sanctæ Quiteriæ virgi-
nis & martyris sine lec-
tione. Oratio. Indul-
gentiam.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
ocurrente.

In secundo Nocturno,
Lectio iv. ut in Breviar.
Lectio v.

Sermo sancti Augustini
Episcopi. 8. om.
Serm. 42. de diversis.

Deus adjútor est. Hūc adjutōrem, ut vinceret beatus martyr, hábuit, quem mirāmur, cujus solemnitātē hodie celebrāmus. Sine illo non vinceret. Et si dolores vinceret, diábolum non vinceret. Aliquando enim vieti à diábolo, vincunt dolores; nón habéntes patientiam, sed duritiam. Ille ergo adjútor áffuit, ut donáret ei veram fidem, fáceret ei bonam causam, & pro bona causa donáret patientiā. Tunc enim est patientia, quando præcédit bona causa. Non enim & ipsam fidē álius quām Deus donat. Bréviter utrūque commendá-

vit Apóstolus; & causam pro qua pátimur, & patientiam quā mala perferāmus, à Deo nobis esse. Exhortans enim Mártyres, ait: Quia vobis donátū est pro Christo; ecce causa bona: non solum ut credatis in eum, sed étiam, ut patiámini pro eo; hæc est vera patientia.

P. Temp. Paschali. In servis suis. pag. 153.

Extrā temp. Pasch. Desideriū animæ. pag. 114.

Lectio VI.
Serm. 27. in supplem.

Multi patiúntur tribulatiónes; parem habent pœnam, sed parem non habent causam. Multa mala patiúntur maléfici; multa mala patiúntur latrónes & homicídæ; multa mala patiúntur sceleráti omnes; multa mala & ego, inquit Martyr, pá-

tior ; sed discérne cau-
sam meam de gente non
sancta , latrōnum , ho-
mīcidārum , sceleratō-
rum ómnium . Pati tālia,
quālia ego , possunt ;
habére talē causam non
possunt . Ego in farná-
ce purgor , illi cinerē-
cunt . Non facit mārty-
rem pœna , sed causa .
Omnes qui vivimus in
hoc sāculo , laborēmus
ut bonam causam habeā-
mus ; ut , si quid nobis
acciderit in hoc sācu-
lo , cum bona causa hinc
exeāmus .

R. Temp. Pasch. Filiæ
Jerusalem. pag. 142.

Extrā temp. Pasc. Stola
jucunditatis. pag. 114.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundūm Joannem.

Lectio VII. cap. 15.

IN illo tempore : di-
xit Jesus Discipulis
suis : Ego sum vītis , vos

palmites : qui manet in
me , & ego in eo , hic
fert fructum multum :
quia sine me nihil po-
testis facere . Et reliqua.
Homilia sancti Augu-
stini Episcopi .

Tract. 82. in Joannem.

MAgis , magis que
Salvātor grātiam
quā salvāmur discipulis
loquéndo commendans ,
in hōc , inquit , clarifi-
catus est pater meus , ut
fructum plūrimum affe-
ratis , & efficiāmini mei
discipuli . Si in hoc cla-
rificatus est Deus Pater ,
ut fructum plūrimum af-
ferāmus , & efficiāmur
Christi discipuli : non
hoc gloriæ nostræ tri-
buāmus . Ejus est enim
hæc grātia , & ideo in
hoc non nostra , sed ejus
est glōria . A quo effici-
mur discipuli , nisi ab
illo cuius misericōrdia
prævenit nos ? Ipsius
enim

enim figmémentum sumus, créati in Christo Jesu in opéribus bonis. Sicut diléxit me Pater, inquit, & ego dilexi vos: manéte in dilectione mea. Ecce unde sunt nobis ópera bona. Nam unde nobis essent, nisi quia fides per dilectionem operátur? unde autem diligerémus, nisi prius diligerémur? Quod autem ait, sicut dilexit me pater, & ego diléxi vos: non æqualitatem naturæ osténdit nostræ & suæ, sicut est patris & ipsius, sed grátiam quâ mediátor Dei & hóminum est homo Christus Jesus.

R. Temp. Pasch. Ego sum vitis vera, pag. 143.
Extra temp. Pasch. Corona aurea. pag. 116.

Lectio VIII.

MAnéte, inquit, in dilectione mea.

Quómodo manébimus? Audi quid séquitur: si præcepta mea, inquit, servavéritis, manébitis in dilectione mea. Diléctio facit præcepta serváre, an præcepta serváta faciunt dilectionē? Sed quis ámbigat quod diléctio præcédit? Unde enim præcepta servet non habet, qui non diligit. Quod ergo ait, si præcepta mea servavéritis, manébitis in dilectione mea; osténdit non unde diléctio generétur, sed unde monstréatur. Tanquam diceret, nolite vos putare manére in dilectione mea, si non servátis præcepta mea: si enim servavéritis, manébitis. Hoc est, hinc apparébit quod in dilectione mea manébitis, si præcepta mea servábitis; ut nemo se fal lat dicéndo quod eum

diligat, si ejus præcep-ta non servat. Nam in tantum eum diligimus, in quantū ejus præcepta servámus. In quantum autem minus servámus, minus dilígimus.

R. Temp. Pasc. Candi-di facti sunt. pag 143.

Extrā temp. Pasc. Hic est verè martyr. pag 116.

Lectio ix.

Quid est ergo, ma-néte in dilectione mea: nisi, manéte in grátia mea? Et quid est, si præcepta mea serváveritis, manébitis in dilectione mea: nisi, ex hoc sciétis, quod in dilectione mea qua vos díligo, manébitis, si præcepta mea servábitis?

Non ergo ut nos dili-gat, priùs ejus præcep-ta serváimus: sed nisi nos dili-gat, præcepta ejus serváre non pòssumus. Hæc est grátia quæ hu-

milibus patet, supérbos latet. Sed quid illud est quod adjungit: sicut & ego Patris mei præcep-ta servávi, & māneo in ejus dilectione? Utique étiam hīc hanc dilectionem Patris intelli-gi vō-luit, quā cum dili-git Pater. Ita quippè dixerat, sicut diléxit me Pa-ter, & ego diléxi vos: atque his verbis illa sub-junxit: manéte in dilectione mea, illa pro-cūl dubio quā diléxi vos.

Te Deum.

Missa, temp. Pasc. Pro-texisti me. *Extrā verò tempus Pasc.* Sacerdo-tes. *Sed semper cum codem Evang* Ego sum vritis, vos palmites.

In 2. vesp. à capitulo de S. Philippo Nerio conf. Comm. S. Ur-bani.

DIE XXVII. MAI.

In festo sanctæ Mariz

I. Junii.

Sancti Clari.

171

Magdalena de Pazzis, virginis. Semidup. ut in Brev. 25. Maii. Com- memor. S. Joannis Pa- pae & mart. ut in Brev.

DIE I. JUNII.

In festo sancti Clari Protopræfus Albiensis & Martyris Duplex majus.

Omnia de communi
unius Martyris, præter
ea quæ sequuntur.

In utrisque Vesperis
& Laudibus.

Hymnus.

M Ersis atrâ Cali-
gine,
Lux, CLARE, per te naſ-
citur ;
Quos multus error lufe-
rat,

Illūstrat una véritas.

N on vi, nec armis ml-
litum ,
Fandi nec ullis ártibus ;
Verbo sed exósæ Crucis
Christo Rebéllis sub-
ditur.

Accédis ad nos nun-
tius ,

Nubes velut , citus vo-
las :

Verbo gravis , verbo
Deo ,

Tonas , corúscas , pér.
pluis.

V ulgántur Albigénsi-
bus

Per te Dei mystéria :
Quos longa preſſit fér-
vitus ,

Rumpuntur horum vín-
cula.

U ni sit & Trino Deo
Supréma laus, & gloria,
De nocte qui nos ad
suæ
Lumen vocávit grátiae.
Amen.

X. Temp. Pasch. Sancti & justi in Domino
gaudete , alleluia.

X. Vos Elegit Deus in
hereditatem sibi , alle-
luia.

X. Post temp. Pasch.
Gloria & honore coro.

Y ii

nasti eum Domine.

R. Et constituisti eum
super opera manuum
tuarum.

In primis vesperis, ad
magnificat. Antiph.

Si decem millia pe-
dagogorum habeatis in
Christo , sed non mul-
tos patres. Nam in
Christo Jesu per Evan-
gelium ego vos genui.

Oratio.

O Mnipotens sem-
piterne Deus qui
per gloriofa certamina ,
ad immortalem triun-
phum , Beatum Clarum
martyrem tuum atque
pontificem , extulisti:
Da cordibus nostris dig-
nam pro ejus solemini-
tate lœtitiam ; ut cuius
hic membra pio amore
amplectimur , ejus pre-
cibus adjuvemur. Per
Dominum nostrum Je-
sum Christum Filium
tuum , &c.

Ad Matutinum.

Hymnus.

J Esu sacerdótum de-
cus ,

In hac die , quâ , gloriâ
CLARUM corónas præ-
sulem ,

Votis adésto supplicū.

S ui probátus , præmiū
Amoris , & pignus tui ,
A patre tráditos tibi
Accépit agnos pàscere.
A rcet freméntes bés-

tias ,

Lupi retundit impetus ,
Dolósque fallit , vel
mori

Charo parátus pro gre-
ge.

Coram tyranno sístitur.
Ridet minas, ridet neces.
Tu àque fretus dexterā ,
Tibi , Redémptor , mí-
litat.

Æ téne tu Verbi Pater,
Æ téne Fili , par Patri ,
Et par utrique Spíritus ,
Tibi , Deus , sit glória.
Amen.

In primo Nocturno.
De Epistola prima ad
Corinthios.

Lectio I. cap. 2.



T ego, cùm
venissem ad
vos, fratres,
veni non in
sublimitáte
sermónis , aut sapiéntiæ , annúntians vobis
testimónium Christi .
Non enim judicávi me
scire áliquid inter vos ,
nisi Jesum Christum ,
& hunc crucifixum . Et
ego in infirmitáte , &
timore , & tremóre mul-
to fui apud vos : & ser-
mo meus , & prædicatio
mea , non in persuasibi-
libus humánæ sapién-
tiæ verbis , sed in of-
fensióne spíritus & vir-
tutis : ut fides vestra
non sit in sapiéntia hó-
minum , sed in virtúte
Dei . Sapiéntiam autem
lóquimur inter perféc-

tos : sapiéntiam verò nō
hujus sæculi , neque
principum hujus sæculi ,
qui destruuntur : sed ló-
quimur Dei sapiéntiam
in mystério , quæ abs-
cónrita est , quam præ-
destinávit Deus ante
sæcula in glóriam nos-
tram , quam nemo prín-
cipum hujus sæculi cog-
nóvit : si enim cogno-
víssent , nunquam Dó-
minum gloriæ crucifi-
xíssent .

R. Temp. Pasch. Beatus vir qui metuit Do-
minum , alleluia , * in
mandatis ejus cupit ni-
mis , Alleluia , alle-
luia , alleluia .

¶. Gloria & divitiæ in
domo ejus , & justitia
ejus manet in sæculum
sæculi . In mandatis
ejus .

Post tempus Pasch.
Iste sanctus pro lege Dei
sui certavit usque ad

mortem , & à verbis
impiorum non timuit :
* fundatus enim erat su-
pra firmam petram.

¶. Iste est qui contép-
sit vitam mundi , & per-
venit ad cælestia regna.
fundatus.

Lectio II. cap. 3.

DEi enim sumus
adjudóres : Dei
agricultúra estis , Dei
ædificatio estis. Secún-
dum grátiam Dei, quæ
data est mihi , ut sapiēs
architéctus fundamén-
tum pósui : álius autem
superædificat. Unus-
quisque autem videat
quómodò superædificet:
fundaméntum enim á-
liud nemo potest pónere ,
præter id quod pón-
satum est , quod est
Christus Jesus. Si quis
autem superædificat su-
per fundaméntum hoc ,
aurum , argéntum , lá-
pides pretiósos , ligna ,

fænum, stipulam, unius-
cujúsque opus manifés-
tum erit: dies enim Dó-
mini declarábit, quia in
igne revelábitur : & u-
nius cujúsque opus qua-
le sit , ignis probábit.
Si cuius opus mánserit
quod superædificávit,
mercedem accipiet. Si
cujus opus árserit , de-
triméntum patietur: ip-
se autem salvus erit ; sic
tamen quasi per ignem.
Nescítis quia templum
Dei estis , & spíritus
Dei habitat in vobis ?
si quis autem templum
Dei violáverit, dispér-
det illum Deus.

¶. Temp. Pasch. Tristi-
tia vestra , alleluia , *
convertetur in gaudium
Alleluia , allel.

¶. Mundus autem gau-
débit , vos vero contri-
tabimini , sed tristitia
vestra. Convertetur.

Post tempus Pasch.

Justus germinabit sicut
lilium: * & florebit in
æternum ante Domi-
num.

V. Plantatus in domo
Domini, in atriis do-
mus Dei nostri. Et flo-
rebit.

Lectio III. cap. 9.

Nonne opus meum
vos estis in Do-
mino? & si alii non
sum Apôstolus, sed ta-
men vobis sum: nam
signaculum Apostolatus
mei vos estis in Dómi-
no. Si evangelisávero,
non est mihi glória: ne-
cessitas enim mihi in-
cúbit: væ enim mihi
est, si non evangelisáve-
ro. Si enim volens hoc
ago, mercédein hábeo:
si autem invitus, dis-
pensatio mihi crédata
est. Quæ est ergo mer-
ces mea? Ut Evangelium
prædicans, sine sumptu
ponam Evangelium, ut

nō abútar potestate mea
in Evangélio. Nam cùm
liber essem ex omnibus,
omnium me servum fe-
ci, ut plures lucrifáce-
rem. Et factus sum Ju-
dæis tanquam Judæus,
ut Judæos lucrárer. Iis
qui sub lege sunt, quasi
sub lege essem, cùm ip-
se non essem sub lege
ut eos, qui sub lege e-
rant, lucrifácerem. Iis
qui sine lege erant, tan-
quam sine lege essem,
(cùm sine lege Dei nō
essem, sed in lege essem
Christi) ut lucrifáce-
rem eos, qui sine lege
erant. Factus sum infir-
mis infirmus, ut infir-
mos lucrifácerem. Om-
nia omnibus factus sum,
ut omnes fácerem sal-
vos.

R. Temp. Pasch. Pre-
tiosa in conspectu Do-
mini, alleluia, * Mors
sanctorum ejus. allel.

X. Custodit Dominus Quod cùm strénuè & omnia ossa eorum , unū diligenter ubique præ- ex his non conteretur. Mors sanctorum. **G**loria Patri. Mors sancto- rum.

Post temp. Pasch. Iste cognovit justitiam , & vidi mirabilia magna , & exoravit altissimum : * Et inventus est in numero sanctorum.

X. Iste est qui contemp- sit vitam mundi , & per- venit ad cœlestia regna. Et inventus est. **G**loria Patri. Et inventus est.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex vet. legend. Albien.



L A R U S in Africa na-
tus, vir Apo-
stolici spiri-
tus , Romam venit. Ibi
à summo Pontifice con-
secratus Episcopus , in
Galliam mittitur Evan-
gélii prædicandi causâ.

diligenter ubique præ-
stáret , vários pôpulos ,
& plúrimas Civitátes
Gálliæ Narbonénsis à-
diit. Híc quos jam Chri-
stiános réperit, eos con-
firmávit in fide : eôrum
& númerum auxit in-
géni Neophitôrū mul-
titudine , quos in dies
illis adjungébat. Accé-
pit intérēa famâ & au-
ditioñe Civitatem Al-
biénsem , quæ necdum
Christi nomē audierat ,
exortâ gravissimâ pesti-
léntiâ laborare. Illius
pôpuli géminâ corpo-
ris animæque morte
pereuntis misericôrdia
commôtus, Albiam pé-
tiit. Antequam eò accé-
deret , cónsigit , ut Al-
biæ , Deorum simulá-
chra è quibus dæmones
respônsa édere consu-
lentibus sóliti erant, su-
bitò conticéserent ; &
puella

puélla quædam , Asté-
ria nōmine , jampridem
obséssa à dæmone sæ-
piùs exclamáret, adven-
tare , & ad portas jam
adéssè , qui huic urbi
novam lucem , & unius
veri Dei cognitiōnem
afférret.

R. Temp. Pasch. Lux
perpetua. pag. 152.

Post temp. Pasch. Ho-
nestum fecit illum, &c.
pag. 113.

Le^tio v.

QUare attōnitis om-
nibus , unus è pri-
mōribus civium Iból-
dus , cùm narráset ea
quæ divérsis per álias
urbes peregrinatiōnibus
óbiter de Christiāna fi-
de cognōverat , adjécit ,
crédere se , his porténtis
significâri ventúrum ali-
quem , qui tales Reli-
giōnem dōceat Albién-
ses , háctenūs hujuscē
rei omnino expértes.

Posterā die Clarus ad-
véniens , ingénti hômi-
num concúrsu & admiratiōne excipitur. Quid
de Deo ac de Christo
credéndum sperandūm-
que , & quōmodo ex
lege Evangélīca mores
instituēndi , quotidie
summo labôre & stúdio,
privátim & pùblicè ex-
ponébat ; ômnibus ûndique
ad eum accurrénti-
bus , tum ex civitâte ,
tum ex finítimis regiō-
nibus. Crebris étiam mi-
ráculis dicta divinitùs
confirmábat. Ita , brevi
univérsam gentem con-
vértit , & per Baptismi
grátiam innovávit. Per
triénnium , cùm hæc á-
geret , Albiæ commo-
ratus , déniq[ue] Anti-
mūm Epîscopum con-
stituit , & Vicárium si-
bi & successòrem reli-
quit ; inde discédens ,
ut Christum áliis civitâ-

tibus Aquitaniae prædicaret.

R. Temp. Paschali. In servis suis. pag. 153.

Post temp. Pasch. Desiderium animæ. pag. 114.

Lectio. vi.

Novissimè Lectóram profectus, cùm vehementer in idola inveherétur, comprehénsus rápitur ad templum Martis. Cùm ad aram sisterétur ut sacrificáret, & ipse fixis in cœlum oculis Christum invocáret, Martis státua prótinus corrueens, pénitus confrácta est. Quare infidélibus furóre accénsis, cùm id mágicis artibus tribúerent, Clarus primùm per loca carduis & trubulis obsita nudus trahitur; mox plumbatis cæsus, deinde toto triduo in equíleco suspensus, in

cácerem detruditur; ubi ab Angelo sibi per noctem apparénte admónitus, ut postrémo certámini se accingeret, pósterá luce extrà urbem eductus, flexis génibus orans, amputandum carnifici collum præbuit. Cujus sacrum corpus Burdigalam translatum, in sanctæ Euláliae templo conditum summâ veneratiōne colitur.

R. Temp. Pasch. Filiæ Jerusalem. pag. 142.

Post temp. Pasch. Stola jucunditatis. pag. 114.

In tertio Nocturno. Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. cap. ii.

In illo tempore: erat Jesus ejiciens dæmonium; & illud erat mutum. Et cùm ejecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratae sunt turbæ. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis
Chrysostomi.

Hom. 42. in Matth.

Si autem ego in spí-
ritu Dei ejicio dæ-
mónia , igitur pervé-
nit in vos regnum Dei.
Quid est regnum Dei ?
Advéntus scilicet Chri-
sti. Tu verò diligenter
rursùs considera quó-
modo ipsos átrahit ,
mítigat , & ad cogni-
tiónem állicit suam ,
osténdens eis, quòd bo-
na própria & felicitá-
tem próprium contém-
nant. Nam cùm gaudé-
re & exultare debeátis ,
inquit, quóniam ingén-
tia & inéffabilia illa ,
quæ Prophétæ ceciné-
runt , largitúrus vobis
veni, & quóniam vestræ
jam beatitudinis tempus
adest , vos contra fáci-
tis ; non solum hæc bo-
na repelléntes , verùm
étiam calumniántes , &

falsas adverſus me cau-
fas confingéntes. Et
Matthæus quidē , si ego
in spíritu Dei : Lucas
autem , si ego in dígito
Dei , scriptum reliquit.
¶ Temp. Pasch. Ego
sum vitis. pag. 143.

Post temp. Pasch. Co-
rona aurea. pag. 116.

Lectio viii.

Quâ re monstrâtur ,
dæmones ejicere
magñæ poténtiæ esse ,
ac grátiæ mínimè vul-
gâris. Vult autem ex
istis ratiocinândo con-
clûdere atque inférre ;
quóniam si hoc est , cer-
tè pervénit ad vos filius
Dei. Sed id quidem nō
apértè infert : adumbrá-
tè autem & occultiùs ,
ut æquióri ánimo se-
rant , illud ipsum signi-
ficâvit , dicens : Proféc-
tò pervénit ad vos reg-
num Dei. Vides excel-
lentiam sapiéntiæ , at-

que præstântiam : per ea quibus ii incusâbânt , sui ipse advéntûs mons-trâbat fulgôrem. Deinde ut alliciat , non solùm pervénit regnū dei , sed , ad vos , inquit , hæc bona júgiter manant. Cur ergo in beatitudine vestra tanto mœrōre turbâmini ? Cur adversus vestrâm salûtem armâ confertis ?

R. Temp. Pasch. Can-didi facti sunt. pag 143.

Post temp. Pasch. Hic est verè martyr. pag 116.

Lectio ix.

Hoc tempus est quod olim futûrum Prophétæ prædi-xerunt : hoc signum ad-véntûs mei dedérunt , quòd hæc divinitûs fie-rent. Nam quòd hæc agûntur : vos ipsi vidé-tis : quod divinitûs , magnâ voce res ipsæ prædicant. Non enim

possibile est , cùm hæc in salûtem hóminum fi-ant , fortiorem esse quâm priùs , sâtanam ; sed imbecillior est necessariò.

Qui verò imbecillior , non potest quasi robustus robustum dæmonem ejicere. His verbis charitatis vires , & dissidii atque litigatiōnis imbe-cillitatēm patéfacit : id círcò assiduè sursùm at-que deórsum ad chari-tatēm hortátur , ut diabolli robur dejiciat , qui omni conâtu ut eam au-ferat , incumbit.

Te Deum.

Ad Laudes Hymnus, ut in primis Vesperis.

Y. Temp. Paschali. Pre-tiosa in conspectu Do-mini , alleluia.

R. Mors sanctorum e-jus , alleluia.

Y. Post tempus Pasch. Justus ut palma florebit.

R. Sicut cedrus libani

I. Junii.

Sancti Clari.

181

multiplicabitur.

Ad Benedictus, Ant.

Nonne opus meum vos
estis in Domino ? & si
aliis non sum Aposto-
lus , sed tamen vobis
sum : nam signaculum
Apostolatus mei vos es-
tis in Domino.

Oratio. Omnipotens ,
ut suprà.

Missa, temp. Pasch. Pro-
texisti. Post temp. Pasch.
Statuit. de comm. unius
mart. pont.

Epistola sumitur ex Do-
minica 3. in Quadrag.
Fratres , estote imitato-
res Dei , &c.

Evangelium sumitur ex
eadem Dominica. Erat
Jesus ejiciens dæmoniū,
&c. usque ad hæc verba
inclus. Qui non colligit
mecum , dispergit.

Credo.

In secundis Vesperis
Hymnus ut in primis.
¶. Temp. Pasch. Pre-

tiosa in conspectu Do-
mini , alleluia.

¶. Mors sanctorum e-
jus. alleluia.

¶. Post tempus Pasch.
Justus ut palma florebit.
¶. Sicut cedrus libani
multiplicabitur.

Ad Magnificat, Ant.

Itaque fratres mei, gau-
dium meum , & corona
mea : sic state in Do-
mino , charissimi.

DIE VI. JUNII.

Commemoratio sancti
Claudii , Episcopi.

Officium fit duplex
de sancto Norberto , ut
in Brev. Nona lectio &
commem. S. Claudii.
Orat. Exaudi. de com-
muni conf. pont.

Lectio ix.

Ex ejus vita apud Boll.



LAUDIUS ,
Salinénsiū
Principum
génere or-
tus est. Cùm ex divino

testimónio in Episcopum Vesontionensem suisset electus, in grege visitando curam, in adhortando vehementia, in corrigendo lenitatem adjunxit. Septem annis ea in administratione consúmptis, solitariæ vitæ studio ducitus, abdicato Episcopatu, ad sancti Eugenii monastérium in monte Jura se contulit. Ibi totus in divina meditatione, divinisque officiis peragendis intensus, post annos quinque in Abbatis demortui locum est sufféctus. Tanta Clericorum, & nobilium juvenum ad eum confluxit caterva, ut vix jam Cœnobii claustra alumnos caperent. Quibus cum sustentandis facultates non suppéterent, vir Dei, à Clodovæo secundo

6. Junii.

Rege, necessaria gregi suo impetravit solatia. Explatis in monastérii regimine quinquaginta annis & amplius, præscito divinitus mortis suæ die, spiritum efflavit. Corpus ejus in Ecclesia ejusdem monastrii servatur incorruptum.

Te Deum.

DIE VIII. JUNII.

In festo sancti Medardi, Episcopi. Semiduplex.

Omnia de communis confess. pont. præter ea quæ hic habentur.

Oratio. Da quæsumus.

In primo Nocturno, Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Ex vita ap. Bell.



EDARDUS, patre Nectárdō viro illustri, in Saléucio oppido non

8. Junii.

Sancti Medardi.

183

Lectio v.

ita procùl à Noviómo natus, eâ pietáte jam à pueritia enituit, ut multâ se domans abstinétiâ, quod sibi ex aliméntis subtrahébat, paupéribus erogáret; vestimentáque egénis non semel largirétur. Unde jam á Deo miráculis & Prophetiæ dono insig- nitus, & à paréntibus Viromanduénſi Epíscopo in disciplinam trádi- tus; tantâ virtútum có- piâ decorátus efflóruit; ut ipsi Pontifici, Cle- ricisque & incolis exí- miæ sanctitatis admira- tionē excitáverit. Qua- própter Aloméro Sedis hujus Antistite rebus humánis exémpto, uná- nimi omnium acclama- tione ad Episcopale fas- tigium, quamvis renî- tens, provéctus est.

¶ Inveni David ser- vum. pag. 69.

Cum vidéret Au- gústam Viroman- duórum, quæ nativa erat Episcopatús Sedes, á Vándalis & Hunnis evérsam, Noviómum, óppidum situ & muni- tiōne præstans, Cáthe- dram Pontificiam tra- duxit. Vix eam ibi fi- xerat, cùm defuncto sancto Eleuthério Tor- nacénſium Epíscopo, ab Ecclésiæ illius Clero in Præsulem éléctus; sancti Remigii, ac com- provinciálium Episco- pôrum auctoritaté com- pulsus est utriusque Ec- clésiæ curam pro com- muni bono suscipere. Mox, cùm cerneret cir- cumpósitam Regiónem adhuc Ethnicis spurci- tiis inquinátam; eam his à piáculis emundâre, fide illuminare, & piis móribus excólere

instituit.

B. Posui. pag. 70.

Lectio VI.

FLandros igitur, quindecim annórū spátio docéndo, instán-do, orándo, erudivit, & magnis labóribus, ferôces illórum ànimos ab impietáte & barbárie, ad mansuetiòrem vivén-di ratíonem, per suavē Christi doctrinam per-dúxit. Demùm córpo-ris infirmitáte depré-sus, éditis insignis pa-tiéntiæ & pietátis ex-émplis, spiritum An-gelis consociandum fe-liciter emisit. Defuncti corpus Clotárius Rex, Noviómo Sueßiònem transvexit, & propriis húmeris sublátum, mo-numénto intulit hono-rifico, ad quod nóbile Cænóbium extrúxit; quod tanti Confessóris pignóribus, magis

quàm fundatòris ipsius munéribus ditátū: ejús-dem pósteā sancti Præsu-lis nuncupatióne fuit insignitum.

B. Iste est. pag. 70.

In tertio Nocturno.

Homilia in evang. Ho-mo peregrè proficiscens.
Missa. Statuit.

DIE XVI. JUNII.

In festo SS. Ciryci & Julittæ MM. semid.

Omnia de com. plu-trim. Mart. præter ea quæ hic habentur.

Oratio. Deus qui nos annua.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Ex actis Martyr. select.



ULITTA
Régio sém-i-ne, cóncitâ
in Christiâ
nos perfecutióne, fugâ
se

se cum tr̄mulo filio Ci-
ryco, Icónio, unde orta
erat, proripuit. Substán-
tiâ itaque, quâ longè lô-
cuples erat, relictâ, Se-
leuciam pervénit: quo
ipso loco turbátas ma-
gis res Christianôrum
offéndens, ne se ipsa
periculis déderet, hinc
quoque prófuga Tar-
sum abit. Ibi Julitta
comprehénditur, suis
ulnis, tenélla valdè ætâ-
te puéllum Círcum
compléctens. Tum illa
tribunáli adhibita, no-
ménque ac fortúnam,
patriámque ab Alexán-
dro Præside rogáta, præ-
fidénti ánimo respônd-
ens, ait: Christiána
sum. Irâ itaque accén-
sus Alexánder, tolli ab
ea puerum jussit, ac ad
se addúci, quippè ele-
gántem ac necdum per
ætatem quidquam scien-
tem quod ex propó sito,

mentisque liberæ sit:
matrem verò crudis ner-
vis immániter cædi im-
perávit.

R. Sancti tui Domine,
mirabile consecuti sunt
iter, servientes præcep-
tis tuis, ut inveníentur
illæsi in aquis validis:
Terra apparuit arida,
& in mari rubro via si-
ne impedimento.

V. Quoniam percussit
petram, & fluxerunt
aquaे, & torrentes in-
undaverunt. Terra.

Lectio v.

VI autem abs stré-
nuæ martyris sinu
avúlsum puerum, to-
tumque in matrem ges-
tiéntem, nec ab ea océl-
los avocántem, carni-
fices Prætori adhibent.
In illam ministri, quod
erant jussi, diris verbé-
ribus cruciántes, adim-
plent: cùm illa id unum
respondéret, Christiá-

nam se esse , nec fore ut dæmóniis unquam immoláret. Accépto Prætor manu púero , blandè delíniens, à fletu cohibére omnino nitebá-
tur , genibúsque impo-
situm accipere ósculo
conabátur. Puer verò inténtis in matrem lu-
mínibus , Prætórem abs-
se submovébat , ac ca-
put avertébat ; manibús-
que obnítens Prætóris fáciem unguiculis scal-
pébat. Velut dénique castæ túrturis pullus ,
æmulam vocē pronun-
tiávit , eámdem ipsam matris prædicationem edens ac clamans : Chri-
stianus sum. Cálcibus quoque Júdicis latus pe-
tébat. Quámobrem ex-
candéscens Judex , pede arréptum è sublími sólio púerum terræ alli-
dit.

R. Verbera carnificum

non timuerunt sancti Dei , moriētes pro Christi nomine : * Ut heredes fierent in domo Domini.

R. Tradiderunt corpo-
ra sua propter Deum ad supplicia. Ut heredes.

Lectio vi.

ID itaque sancta Ju-
litta conspicáta , ve-
lútque exsuperánti gau-
dio repléta : Grátias tibi ago , Dómine , aiebat , quod filium me priórem consummátum , immar-
cessibile corônam dignánter cónsequi voluís-
ti. Hinc Judex sortem ipse deplórans , factó-
que éjulans , matris è ligno , seu equíleo su-
blimis , fodi látera ; exque lebête haustam picem bulliéntem pédibus af-
fundi jubet. Tum præ-
cónis voce jubénte , at-
que dicénte : Julitta tui ipsa miserére , diisque

16. Junii.

SS. Ciryci & Julittæ.

187

sacrifica, ac libera esto
à torméntis, ne eam-
dem ac filius malam ne-
cem reportáveris; ge-
neroso illa propósto
torménta pértulit, cla-
mans ac dicens: Ego
dæmónibus non sacrifi-
co, sed Christum Dei
Filium unigénitum co-
lo, per quem Pater cón-
didit ómnia; ac festino
meū ásse qui filium, quó
illi sōcia, consequéndo
regnum cœlorum, effi-
ciar. Ubi sævus Ju-
dex, constántem ad-
véritatí martyris ánimum,
advérsus eam senten-
tiā dicit; cædi glá-
dio fæminæ cervicem,
filii cadáver in daimna-
tórū loco prójici ju-
bens.

R: Tanquam aurum in
fornace probavit electos
Dominus, & quasi ho-
locausti hostiam accépit
illos. & in tempore erit

respectus illorū: * Quo-
niā donum & pax est
electis Dei.

¶ Qui confidunt in il-
lum, intelligent verita-
tem: & fideles in di-
lécione acquiescent il-
li. Quoniam donum.
Gloria Patri. Quoniam
donum.

In tertio Nocturno.
Homilia in Evan. Cùm
audieritis prælia, &c.
Missa. Salus autem ju-
storum. de comm. plur.
mart. Evang. Cum au-
dieritis.

DIE III. JULII.
Commemoratio sancti
Anatolii Episcopi.
Fit Officium de 5. die
infra oct. Apost. ut in
Breviar.

Nona lectio & com-
memoratio sancti Anatolii in Laud. & Missa.
Oratio. Exaudi quæsu-
mus. de comm. confess.
pont.

A a ii

Le^tio IX.

Euseb. histor. lib. 7.
cap. 32.



NATOLIUS Eusébio substitutus est in régimine Ecclésiæ Laodicénæ. Inter doctissimos sui temporis viros, tum in liberálibus disciplinis, tum in Philosóphiâ primum locum obtinuit. Ex iis qui ejus ad nos pérvenérunt libris, eloquéntiam simùl & multiplicem ejus eruditiónē abúndè licet cognoscere ; præcipue in quibus suam de Paschâ sententiâ expónit. Idem Anatólius decem libros Institutiónum Arithmeticárum, multáque ália suæ in sacris litteris doctrinæ monuménta relíquit. Huic Theotégnus Cæsaréæ Palestínæ Episcopus manus impo-

suit, eúmque successórem Ecclésiæ suæ despondens, Episcopum ordinávit. Ambo aliquantisper eámdem Ecclésiam simùl gubernárunt. Póstea verò cùm eum Synodus advérsus Paulum Samosaténum congregáta Antiochiam evocásset, per urbem Laodicéam iter fáciens, à frátribus illius loci, mórtuo tunc Episcopo, deténtus est.

T e Deum.

DIE IV. JULII.

In festo sancti Martialis Episcopi. Semidup.

Omnia de communi confess. pont. præter ea quæ híc habentur propria.

Oratio. Da quæsumus.

Comm. oct. Apost.

In primo Nocturno.

Le^tiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex sancto Gregorio
Turonensi.

Lib. de gloria confes-
forum. cap. 27.

Lectio iv.

SANCTUS MARTIALIS Episcopus, à Románis missus Episcopis, in urbe Lemovicina prædicare exorsus est; everisque simulacrorum ritibus, replétâ jam, credulitate Dei, urbe, migravit à saeculo. Erant tunc temporis cum eo duo Presbyteri, quos secum ab oriente adduxit in Galliam. Verum ubi compléti sunt dies eorum, ut & ipsi vocarentur de hoc saeculo, conjunctis sarcophagis, in eadem cryptâ, in qua sanctus Episcopus, sunt sepulti: & unus quidem parieti proximus, alter verò huic contínuus e.

rat. Super terram tamen utrique stabant: sed non poterat alteri propter illum qui primus erat, honor impendi; hoc est, non ibi palla expandi poterat, non lumen accendi. Quod cum incolae molestè ferrent, quodam mane accedentes ad cryptam, invenérunt sepulcra diversis pariétibus esse locata: & sic accessus liber ad utrumque sepulcrum pártuit; & qualiter beatus Antistes ut cultor Dei veneraretur, enituit. Huc usque Gregórius.

R. Inveni David servum. pag. 69.

Lectio v.

Epist. i. Joan. Papæ 18.
ad Episc. Gall.

INsuper de sancto Martiale Joannes decimus octavus Papa plura scripsit ad Episcopos Galliae, his verbis: Bea-

tissimus Martialis, sicut
in gestis ejus reperimus,
docente Christo in mundo,
& præcipiente, à
Petro Apostolôrū Prin-
cipe baptisatus est; &
tanto sancti Spiritus igne
inflammatus, ut ex
eō derelictis paréntibus,
soli ipsi Filio Dei servire
eligeret, & hunc ma-
gistrum & dominum,
Petro Apóstolo confir-
mante, cuius sanguine
cretus erat, desideraret:
quod & factum est. Nam
in ressuscitatiōne Láza-
ri præsens áderat; in
coena interfuit; in la-
vatiōne pedum minis-
travit. Post Passiónem
verò, quando putabant
se spíritum videre, pal-
pâre manus & latus Thomam
vidit. Quando Apóstolis dictū est: cun-
tes docete omnes gen-
tes, baptisantes eos in
nómine Patris, & Filii,

& Spíritus sancti; &,
accipite Spiritum sanctum; quorum remis-
ritis peccata, remittuntur eis; & quorum re-
tinueritis, retenta sunt;
audivit.

R. Posui adjutorium.
pag. 70.

Lectio vi.

A Scendente in cœ-
lum vidit. Spiri-
tum sanctum in igneis
linguis descendéntem &
vidit & accépit; omni-
búsque linguis est usus.
Deinde principi Apos-
tolorum adhæsit; útpo-
te carne propinquus, &
baptismate filius; à quo,
præcipiente Christo, ad
prædicandum provin-
ciis Galliarum est desti-
natus: ubi infinitum
pôpulum à cultu idolô-
rum rémoves, Christo
suâ doctrinâ dedicávit:
quam piam, sanctám-
que tam gravitatem &

4. Julii.

Sancti Martialis.

191

pietate morum, quam resuscitatione mortuorum, reparatione claudorum, cæcorum illuminatione, & omnium mirabilium perpetratiōne, confirmabat. Quæ in Epistolâ memoratâ referuntur, à Conciliis Beturicēnsi & Lemovicēnsi, quibus Amelius Episcopus Albiensis interfuit, approbata sunt.

R. Iste est. pag. 70.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang. Designavit Dominus. ut in commu. Evangelistar. In Laud. & Missa commem. oct.

Missa. Statuit. Evang. ut in fest. S. Marci. 25.

April.

In 2. Vesperis à capitulo de SS. Maria Jacobbi, & Salome. De communi non Virginū.

Ad Magnificat. Ant. Vespere autem sab-

bati, quæ lucebit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulcrum.

Oratio.

D A nobis, Domine Jesu Christe, sanctorum Mariæ Jacobbi, & Salome, piis Patrocinis adjuvari, quæ tibi tam viventi quam mortuo studuerunt devotis obsequiis famulari; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus. Per Commemor. S. Martialis & oct.

DIE V. JULII.

In festo sanctorum Mariæ Jacobi, & Salome. Semiduplex.

Omnia de communi non virginum, præter ea quæ hic sunt propria.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura occurrente.

Lectio iv.



UM mundi redemptor Jesus Christus prædicare regnum Dei, atque multa signa & miracula edere incepisset; piæ mulieres non paucæ, illius sacras conciones audiendi, atque miracula videndi cupiditate incensæ, illum à Galilæa sequitæ sunt; quæ necessaria erant tam ad illius, quam duodecim discipulorum victimum, suppeditantes. Quarum devotio singularis, ideo magnâ laude & commendatione celebrari solet, quod nullis Christi rebus adversis prohiberi, nullo Scribarum & Pharisæorum odio impediri, ne infamiam quidem crucis deterreri

potuerunt; quomodo illum victimum, damnum mortuum denique ac sepultum diligenter.

R. Propter. pag. 72.

Lectio v.

HARUM mulierum tres imprimis in sacro-sancto Evangeliorum contexitu, nec non in scriptis patrum maxime commendatae, quarum unaquaque nomine Mariæ decorata fuit, omnibus Christi cultoribus sunt notissimæ. Iulis Hieronymus Mariam Virginem Christi matrem adjungens, sic loquitur in epistolâ ad Hebridam: quatuor fuisse Marias in Evangelii legimus; unam, Matrem Domini Salvatoris; alteram, materteram ejus, quæ appellata est Maria Cléophe; tertiam, Mariam matrem Jacobi & Jose; quartam, Mariam

Mag.

Magdalénam. Quæ tres postrémæ , statim post Christi mortem ad urbem festinátes, aróma ta quibus corpus ejus ungerent, paravérunt.

R. Dilexisti justitiam.
pag. 73.

Lectio. vi.

ITaque unâ sabbati , valdè manè , sexûs & imbecillitatis oblítæ , nullo periculôrum & invidiæ metu absterritæ , venérunt ad monuméntum , portântes quæ émerant arómata : ut Christo mórtuo , studio humanitatis obsequeréntur. Quibus amoris officiis meruérunt , ut visiónis & allocutióinis angelórū dignæ essent , atque resurrectiōnis Dominicæ ad Apóstolos , testes oculatæ ac nunciæ certissimæ mitteréntur. Ad Mariárum autem Jacobi & Salomé

laudum & honoris cùmulum, hoc quoque accédit , quod filios genuérunt pietate ac virtutibus insignes : Hæc quidem Jacóbum májorem, & Joánnem, Iesu-Christi apóstolos : illa vero Jacóbum minorem, Josétem, Judam, & Simónem ; ex quibus Jacóbus ad Apostolátū vocátus, primus Jero-silimôrum Episcopus fuit.

R. Fallax gratia & vana est pulchritudo , &c.
pag. 78.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio VII. cap. 16.

IN illo tempore : Maria Magdalene, & Maria Jacobi , & Salomé emérunt arómata , ut venientes ungerent Jesum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Diligenter considera, quanta illarum constantia est. Sequebantur Christum, ministrantes ei usque ad pericula. Præsentes omnia speculatæ fuérunt, quómodo clamávit, quómodo expirávit, quómodo lāpides scissi sunt; cætera dénique omnia. Ideo primæ quoque ipsum cùm surrexisset, vidérunt: & sexus qui máximè fuit condemnatus, primus bonorum contemplatiōne perfrūitur; quod máximè fortitudinem illarum significavit. Discipuli enim fugérunt, illæ pérmanent. Quænam autem erant? Mater ejus (hanc enim Jacobi appéllat) & cæteræ. Cujus rei gratiâ istæ affident? nihil magnum, aut sublimis, ut oportébat, de ipso cogitabant. Ideo & unguenta tulérunt, & diutiū morabāntur, ut simili ac per furōrem Judæorum liceret, ad ungendum ipsum accurrerent.

R. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus: consideravit semitas domus suæ: * Et panem otiosa non comedit.

R. Gustavit & vidi quia bona est negotiatio ejus; non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et panem.

Lectio VIII.

V Ides mulierum fortitudinem? Vides pius erga ipsum amorem? Vides liberalitatem in pecuniis? Vides animum vel mortis pericula contemnentem? Imitemur has mulieres nos viri, nec deseramus intentationibus Domini.

5. Julii. **S**anctorum Mariæ Jac. & Salome. 195

num. Illæ certè vel in
mortuum tantam pecú-
niam edidérunt , vitæ
pericula non formidán-
tes. Nos autem , nec fa-
mescéntem quidem ále-
re , nec nudum induere
vòlumus : sed cùm men-
dicâre ipsum videâmus ,
sponte præterimus. Et
si certè ipsum Christum
nunc viderétis , non du-
bitáret unusquisque ve-
strûm univérsam subs-
tantiam erogâre : verùm
nunc terúncium non é-
rogas. Attamen nunc i-
dem ipse est : ipse enim
se esse dixit. Quare ígi-
tur tua non érogas ?

D. Regnum mundi , &
omnem ornátum sæculi
contémpsi propter amó-
rem Dómini mei Jesu
Christi : * **Q**uem vidi ,
quem amávi , in quem
créddi , quem diléxi .

V. Eructávit cor meum
verbum bonum : dico

ego ópera mea Regi.
Quem vidi. Gloria Pa-
tri. Quem vidi.

Lectio ix.

Non audis dicén-
tem : quod uni ex
mínimis meis facis , mi-
hi facis ? Nihil nempe
ínterest , sive huic páu-
peri , sive ipsi Christo
déderis. Nihil enim mi-
nus habes his muliéri-
bus , quæ tunc Christú
alèbant , imo verò , sed
nemo his verbis turbé-
tur , multò etiam majus .
Non enim est æquálē ip-
sum Dóminum præsén-
tem álere , cujus præsén-
tia vel lapideum ad se
ânimum attráheret , &
propter ejus verba dun-
táxat páuperes , mendí-
cos , ægrôtos álere atque
curáre. Quippe tunc e-
tiam ipsa fácies & dig-
nitas præséntis , ejus
quod géritur , unà tecuna
est párticeps , híc verò

196 Sanctarum Mariæ Jac. & Salome. 5. Julii.
integrum ac totum tuū
est liberalitatis hujus &
humanitatis bravium.
Accedit, quod majoris
erga Christum reyerentiā
signum est, quando
propter ejus verba solūm,
conservum tuum
in omnibus pascis atque
curas.

T e Deum.

Ad Benedictus, Ant.
Et valde manē unā sab-
batōrum vēniunt ad mo-
numentum, orto jam
sole.

Missā. Cognovi Domi-
ne. de communi nec vir-
ginum nec martyrum.
Evangelium. ut in die
Paschæ.

Vesperæ dupl. de die
octav. SS. Apostolor.
Pro commemor. præc.
Antiphona. Et respi-
cientes; vidérunt re-
volutum lāpidem: erat
quippe magnus valde.

DIE XX. JULII.
In festo sancte Marga-
ritæ virgin. & martyris.
Semiduplex.

Omnia de communi
virginum.

Oratio. Indulgentiam.

In primo Nocurno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.
Lection. Quoniam ho-
die natalis est virginis.

In tertio Nocturno,
Homilia in Evang. Si-
mile est regnum cœlo-
rum thesauro.

Missā. Me expectave-
runt.

In vesp. à capitulo de
S. Praxede virg. Com-
memorat. S. Margritæ.

DIE XXI. JULII.
In festo sancte Praxedis
virginis. Semidupl.

Omnia de communi
virg. præter 4. lection.
quæ est propria.

Oratio. Exaudi nos.

Comm. sancti Victoris.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno,
Lectio quarta ut in Bre-
viar. Lectiones quinta
& sexta, de communi
virgin. ex libro sancti
Cypriani, de habitu
virginum Nunc nobis
ad virgines.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang. Si-
mile est regnum cœlo-
rum thesauro.

Pro sancto Victore.

Lectio ix.

Ex actis select. Mart.



VICTOR, Massiliæ ad
tribunal Imperatoris Je-
sus Christum verum
Deum esse palam con-
fessus, per totam ur-
bem volutatus fuit; di-
risque modis cruentatus.
His in tormentis,

Iesus, Crucem suam in
mâribus gestans, appâ-
ruit illi, dicens: Pax
tibi Victor noster: Ego
sum qui in sanctis meis
injúrias & torménta su-
stíneo. Deinde in càr-
cerem detrûsus est: un-
de per Angelum edûc-
tus, milites ob exortam
in cárcere claritatē ob-
stupefactos, simûlque
baptîsma petentes, ipsâ
eâdem nocte ad mare
duxit, ibique baptisavit.
Mane autem facto, san-
ctorum militum, Ale-
xândri scilicet, Feliciá-
ni, & Longîni divulgata
conversiône, cum nec
minis, nec cruciatibus
à proposito possent de-
terreri, gladio feriuntur.
Victor autem ad Jovis
aram ire jussus, sponte
properat; propiusque
velut litatûrus accédens,
aram solo tenus pede
tangens prosternit. Tunc

excandescens tyrannus,
Victorem pistoriæ mo-
læ supponi præcipit ;
ipsiusque ossa crudeliter
conquassari. Verum dis-
sipatâ divinitus machi-
nâ , cum adhuc spirans
videretur, gladio marty-
ris caput abscindunt. Quo
facto statim vox cœlestis
intônuuit dicens: vicisti,
Victor beate, vicisti.

Te Deum.

Missa propria. Loque-
bar.

DIE XXIV. JULII.
In teito Stæ. Sigolenæ.
viduæ. Duplex majus.

Omnia de communi
nec Virgin. nec Mart.
præter ea quæ hic ha-
bentur propria.

Orat. Exaudi nos Deus.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex ejus vita apud Be-

ne dicit. & ex veteri le-
gend. Albiensi.



IGOLENA
Albiæ no-
bilibus pa-
rentibus na-
ta , annum agens duo-
décimum , Gislulpho
nupsit juveni nobilissi-
mo. Viro juncta, Chris-
to cœlesti sponso con-
junctior in dies extitit.
Ad quem cum aliquot
post annos toto desidé-
rio ferrétur , atque ita
terrénas nuptias fastidi-
ret , sic virum allocúta
est : omnes facultátes
meas habe tibi Gislul-
phe , hâc mercéde , ut
per te mihi liceat im-
pósterum continéntem
vitam agere ; nec tibi
displiceat quod usque
ádeo cœlesti sponso
placére velim. Tam ins-
perátum conjugis pro-
pósito vir non résputit ,
sed è contra bene pre-

24. Julii.

Sanctæ Sigolentæ.

199

cátus, illicò ratum ha-
buit.

R. Propter veritatem.
pag. 72.

Lectio v.

MAjorem ergo na-
cta libertatem Si-
goléna, statim illam in
fusciendiis peregrinis,
consolándis ægrotis,
paupéribus sublevándis,
reficiéndis & exornán-
dis Ecclésiis, aliisque
christiánæ pietatis offi-
ciis, totam impéndit.
Ipsum etiam cónjugem
ægrótum omni chari-
tatis officio, & defunc-
tum piis lácrymis & am-
plissimis exéquiis pro-
secuta est. Tùm parén-
tibus diù multumque
contendéntibus, ut vi-
dua duo tantum suprà
viginti annos nata ad
secúndas nuptias transí-
ret, constantissimè ré-
stítit. Quinimò piis se-
cit arguméntis, ut, quam

jam pridem concéperat
ánimo vivéndi rationē,
atque Deo se pénitūs
consecrāndi, non solùm
probárent; sed etiā
legatióne pro filia fun-
geréntur, ad impetrán-
dum illi ab Episcopo
Albiénſi sacrum Reli-
gionis hábitum; quem
paulò post consecrátâ
Diáconâ, incredibili
eximiæ pietatis & læ-
titiæ sensu suscépit.

R. Dilexisti. pag. 73.

Lectio vi.

IN Monastério, quod
troclária dictum fuit,
à patre constrúcto, ita
cæpit terréna despícere,
& amare cœlestia, ut
tædio rerum humaná-
rum, & divinârum de-
sidériο, in morbum tan-
dem inciderit. Sextum
diem ægrotanti, jam-
jamque moritûræ adfuit
Sigebódus ejus frater,
Episcopus: à quo Chri-

sti cōrpore munīta , ad-
stāntes sorōres ad regu-
lārum virtutūmque om̄ni-
nium observāntiani co-
hortāta , Christum cor-
pōreis óculis ante óbi-
tum vidēre mēruit. Quo
étiam deducēnte in cœ-
lum evolávit nono Kal-
lēndas Augústi. Extat
Ecclésia Divæ Sigolé-
næ nōmine ad lævam
Tarnis, in loco ubi mó-
riens suum corpus sepe-
liri vóluit. Unde tan-
dem Albiam delátum ,
in Ecclésia Divæ Cæ-
ciliæ , in argénteâ the-
câ , cum áliis sanctârum
vítginum Reliquiis , su-
prâ aram máximam pô-
sitâ , magníficé cólitur.

R Fallax gratia. pag 78.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio vii. cap. 13.

IN illo tempore : di-
xit Jesus Discipulis

suis parábolam hanc :
Simile est regnum cœ-
lorum thesauro abscon-
dito in agro. Et reliqua.
Homilia sancti Joannis
Chrysostomi.

Homil. 49. in Matth.

PErpéndis quómo-
do in mundo abdi-
ta atque cælata prædi-
catio est , & in prædi-
catione summa felicitas
recóndita ? Nisi ergo
cunctas res tuas venún-
dabis , non emes : nisi
curiósè quæras , non in-
vénies. Duo hæc quip-
pè nobis ad salutem ne-
cessária sunt , sacerdotalium
rerum contemp-
tus , & jugis vigilântia.
Quærénti enim , inquit ,
bonas margaritas : &
cùm invenisset unam
pretiosissimam , vendi-
dit quæcūmque habé-
bat , ac emit eam. Una
quippè véritas est , nec
in multas scindit par-
tes ,

tes, ac véluti qui margaritam habet, ipse novit se dívitē esse, etiam si áliis ignótū nonnunquam illud sit, cùm parvo in lóculo margarita recondáatur: sic & in prædicatiōne veritatis, qui ei adhærent, totoque ánimo illam amplectuntur, opuléntos se se non ignórant; quamvis infidéles, thesáuri vim non cognoscéntes, fidélium opes contémnant.

R. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus: consideravit semitas domus suæ, * & panem otiosa non comedit.

V. Gustavit & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et panem.

Lectio VIII.

DEinde, ne confidamus plúrimū,

quóniam Evangélium suscépimus; neque opinémur sufficere solum nobis fidem ad salutem, horróris plenam affert parabolam. Simile est, inquit, regnum coelorum sagénæ missæ in mare, ac ex omni gêne. re píscium congregánti: quam cùm impléta esset, educéntes & secus littus sedéntes, elegérunt bonos in vasa sua, malos autem foras misérunt. Sed quid interest hæc ab illa, quæ de zizániis est? Eodem enim modo étiā ibi álii salvántur, alii perdúntur. Verū ibi hæresi, atque pravis dogmátibus, & qui ante illam parabolam sunt, quóniam prædicatiōni non adhæsérunt: isti vero malè vivéndo pereūt, & cæteris sunt inferiores, quóniam veritatem quidem cognovérunt,

& in verriculum pisca-torum incidérunt , & tamen malè vivéndo periére. Audiámus igitur , audiámus quicúnque scripturarum lectiō nem negligimus , quantum damnum , quantum inópiā patiámur. Quando enim bona vivéndi ópera faciémus , qui étiam præcepta & instituta ipsa quibus vivéndum est, ignorâmus ?

R Regnum mundi , & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu-Christi , Quem vidi , quem amavi , in quem credidi , quem dilexi .

R Eructavit cor meum verbum bonum dico e- go opera mea regi. Quē vidi. **G**loria Patri. Quē vidi.

Nona Lectio de Ho- mil. vigiliæ S. Jacobi, de qua sit comm. ac de

S. Christina in Laud. & Missa, quæ est Cognovi.

Vesp. Dup. de S. Jacobo. Comm. S. Sigolentæ.

DIE XXVII. JULII.

In festo S. Christophori Mart. Semiduplex.

Omnia de communione unius Mart.

Oratio. Præsta quæsu-mus omnipotens Deus , ut qui beati. **C**omme-moratio S. Pantaleonis Mart. ut in Brev.

In primo Nocturno. **L**ectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. **S**ermo S. Augustini. **T**riumphalis.

In tertio Nocturno. **H**omilia S. gregorii pa-pæ in Evangelij secundū Luc. Si quis venit ad me. **N**ona Lectio de

S. Pantaleone. & comm. ejusdē in Laud. & Missa, quæ est : In virtute tua.

7. Augusti. Translat. Reliq. S. Cæciliæ. 203

Evang. Si quis venit ad martyrum. Antiphon.
me. ut in comm. Mart. Istorum est enim, &c.
pontificis.

Oratio.

DIE III. AUGUST.

In festo Inventionis S. Stephani protomartyr.

Duplex.

Omnia ut in Breyario sub duplo ritu.

DIE VII. AUGUST.

In festo Translationis

Reliquiarum sanctæ

Cæciliæ. Duplex.

Omnia ut in ejus festo.

pag. I. præter ea quæ
hic habentur.

Oratio.

Deus, qui nos annua translationis
reliquiarum sanctæ Cæciliæ virginis & martyris
tuæ solemnitate lætificas: dñs, ut quam veneramur officio, etiam piæ
cōversationis sequamur exemplo. Per Dominū.

Comm. translat. Reliquiarum SS. Urbani,
Valeriani, & Tiburtii,

Præsta, quæsumus omnipotens Deus,
ut, qui sanctorum tuorum Urbani, Valeriani
atque Tiburtii reliquiarum translationem colimus,
à cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur.
Per Dominum.

Deinde fit comm. S. Donati Episc. & mart.
ut in Breviar.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex chartul. Albien.



Uo tempore Joannes Gotifréodus Cardinális & Episcopus Albiensis, Oratōris officio pro Ludovico

Gccii

204 Translat. Reliq. S. Cæciliae. 7. Augusti.
ündécimo Gálliæ Re-
ge, Romæ fungebatur :
Paulus , hujus nōminis
secundus , Póntifex má-
ximus , eídem Cardiná-
li de Sede Apostólica
benémérito , insignis
divæ Cæciliæ virginis
& martyris , nec non
quasdam álias sanctò-
rum Urbani , Valeriá-
ni & Tiburtii reliquias
donávit. Adjécto , ad
décimum tértium ca-
lendas Januárias , anno
sexagésimo sexto suprà
millésimū quadringen-
tésimum , amplissimo
diplómate : in quo sic
lóquitur. Cùm dilectus
filius noster Joánnes
Présbyter Cardinális ,
qui Albiénſi Ecclésiæ
præéſſe dignóſcitur, cù-
piat Ecclésiam ipsam in
honórem beatæ Cæci-
liæ virginis & martyris
dedicátam , sanctòrum
Reliquiis ac donis cœ-

léstibus decorári : Nos
eídem Cardináli sacrum
ejúſdem virginis BRA-
CHIUM , ac oris sacra-
tissimi illius partem ; &
nonnúllas álias sanctò-
rum Urbani , Valeriá-
ni , & Tiburtii Relí-
quias omni laude & ho-
norificéntiâ dignas , in
eádem Albiénſi Ecclé-
ſia venerabíliter collo-
candas , pro inæstimá-
bili múnere benignè
concéſsimus.

B. Cilicio Cæcilia, &c.
pag. 19.

Lectio v.
ADdit insuper idem
Póntifex : ómni-
bus vere pœniténtibus
& conféſſis , qui in sin-
gulis festivitatibus dí-
cta virginis , & ipsius
Ecclésiæ dedicatiōnis
diébus , à primis ves-
peris , usque ad secún-
das vésperas , eámdem
devóte visitáverint an-

7. Augusti. Translat. Reliq. S. Cæciliæ. 205
nuatim , & ad illius ^ꝝ Cæciliam intra, &c.
conservatiōnem manus pag. 20.
porrexerint adjutrices ,
in singulis diebus præ-
dictis , septem annos ,
& tótidem quadragénas
de injūniis eis pæni-
tētiis misericorditer re-
laxāmus ; præsentibus
perpétuis futuris tem-
pōribus duratūris. Al-
biam igitur delatæ Re-
liquiæ, in æde Fratrum
Prædicatórum primū
depósitæ sunt. Inde the-
cis argenteis inclusæ ,
solémni supplicatiōne
atque apparātu , illatæ
sunt in primariam illam
Ecclésiam ; ubi idem
Joannes Cardinális qui
intulerat , & jam cele-
brabat , inter Missárum
solémnia indulgentias à
sancta sede cōcessas, pro-
mulgavit séptimo Au-
gusti , anno supra mil-
lésimum quadringenté-
simū sexagésimo octavo.

Ex libro Sacramentórū
sancti Gregórii Papæ.

Lectione vi.

Deu s in infirmitá-
te virtutem pér-
ficit , & humáni géne-
ris inimicum non solùm
per viros , sed etiā
per féminas vincit. Cu-
jus múnere beata Cæci-
lia , & in virginitatis
propósito , & in confes-
siōne fidei roborata est,
ut nec ætatis lúbrico ab
intentiōne mutarétur ,
nec blandimentis carná-
libus demulcerétur , nec
sexus fragilitate deter-
rerétur , nec tormentó-
rum immanitatem vin-
cerétur : sed serván-
do córporis ac mentis
integritatē , cum vir-
ginitatis & martyrii pal-
mâ ætérnam mereré-
tur adipisci beatitudi-
nem.

206 Translat. Reliq. S. Cæciliae. 7. Augusti.

Bz. Domine Jesu Christe. pag. 21.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII. cap. 10.

In illo tempore : dixit Jesus Discipulis suis : nihil est opertum, quod non revelabitur ; & occultum, quod non scietur. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 16. in 2. ad cor.

Sepulcra servorum crucifixi, Régiis aulis splendidióra sunt, non solum magnitudine & pulchritudine ædificiorum, nam étiam in hoc superant; sed, quod multò majus est, accédentium studio. Nam & is qui púrpurâ indutus est, ad illa sepulcra se confert, ut ea amplectatur; abjectoque fastu supplex stans sanctos de-

precátur, ut ipsi apud Deum sibi præsidio sint; atque ut & tentoriórum opificem, & pescatorem, & quidem mortuos, patronos habeat; obsecrat qui diadémate cinctus est. Ergo ne dic quæso, horum Dóminum mortuum dicere audébis, cuius servi étiam defuncti, imperatorum orbis defensores sunt? Atque id non Romæ solum fieri quispiam viderit, sed etiam Constantinópoli. Nam & hic quoque Constantínum magnum filius ipsius ingenti honore se affectúrum existimavit, si eum in pescatóris vestibulo depóneret. Quodque sunt imperatoribus in palatiis janitores; id, in tumulo pescatóribus sunt imperatores.

Bz. Beata Cæcilia. eccl.
pag. 25.

Lectio VIII.

Quod si cum imperatoriis aulis hæc sepulcra conferre velis, penes hæc rursum victoria futura est. Illic enim multi sunt, qui turbam submoveant; hic contrà multi qui invitent, atque dívites & páuperes, viros & feminas, servos & liberos attrahant. Illic ingens terror; hic ineffabilis voluptas. Sanctorum ossa dæmones fistunt & excruciant; acerbissimis vinculis eos qui adstricti sunt solvunt: atque qui corpora gestarunt, virtutes incorpóreas superrant. Ideoque nemo est qui peregrinatiónē unquam inire sustineat, ut imperiales aulas videat: contrà, multi plerumque imperatores peregrè profecti sunt, ut hoc spectaculo frueréntur.

Vides quæ sit vis sanctorum etiam defunctorum.

R. Cæcilia me misit.
pag. 26.

Nona Lectio de S. Donato Epis. & Mart. In Laud. & missa, com. Translationis reliq. SS. Urbani & soc. deinde sancti Donati.

DIE IX. AUGUSTI.
In festo sancti Cajetani Confess. Duplex. ut in Brev. die 7. hujus. Nona Lectio de vigil. S. Laurentii. Cóm. ejusdem. vig. & S. Romani Mart. in Laudibus & Missa.

DIE XIII. AUGUS.
In festo sanctæ Radegundis Reginæ Franciæ. Semidup.

Omnia de communis nec Virg. nec Mart. præter ea quæ hic habentur propria. Oratio Exaudi. Comm. ořt. S. Laurentii, ac SS. Hypo-

liti & Castiani MM. ut
in Breviario.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno,
Lectio iv.

Ex ejus vita, per Venan-
tium Fortunatum.

RADEGUNDIS Berthário Thuringiæ Rege
nata, Herminefrido à
Francis fugato, ever-
sōque non diù post Thu-
ringiæ regno à Clotá-
rio Rege, adhuc vix de-
cénnis in Gálliam ad-
ducta est. In tam téne-
ra ætate, non córporis
ornátu, nec aulæ delí-
ciis, sed prémibus ac piis
humilitatis & charitatis
officiis delectabatur. Ob
quas egrégiæ venustati
conjunctas dotes, ab
ipso Clotário in uxó-
rem accépta, ita ei ad-

hæsit, ut tamen à cœ-
léstis sponsi plácitis &
famulátu omnínò pen-
déret. Vitæ religiósæ
cúpida, à viro non se-
mel separatiōnem po-
póscit. Quam cùm im-
petráre non posset, sub
pretiósis véstibus áspe-
rum gessit cilicium, quo
carnis motus comprí-
meret. Páuperum máxi-
mam curam hábuit, om-
ni quâ póterat ope eis
soláitia præstans.

P. Propter veritatem.
pag. 72.

Lectio v.

FRatri innóxio mors
cùm fuisset illata,
Radegundi tunc (quod
sæpiùs petierat) à Re-
ge dimissa, Monasté-
rium regno palàm præ-
pónere cæpit. Novio-
duni primùm, ubi resé-
ctis crinibus, deposito-
que régio ornátu, sacro
velámine amicta fuit à
beato

13. Augusti.

Sanctæ Radegundis.

209

beato Medárdo notæ
sanctitatis Pôtifice. De-
inde Caínone : postré-
mò Pictavis in cœnôbio
à se constrûcto in honó-
rem sanctæ Crucis , sub
sanctæ Cæsariæ regulâ ,
vitæ religiôsæ institu-
tum ampléxa , atque
gloriôsè prosecúta est.
Suo exémplo , ad sanctum
propósitū innumerábiles penè vîrgines
pertráxit : quibus ob
clara divinæ gratiæ tes-
timónia , ómnium effla-
gitatiōne præfēcta , pô-
tiùs ministrávit quam
præfuit. In officiis si-
quidem humilitatis assí-
duè versabátur : suisque
actibus cum nec vilissima
quæque respueret , ad
harum stúdium virtú-
tum cæteras provocá-
bat.

R. Dilexisti justitiam.

pag. 73.

Lectio. vi.

IN carnis maceratiō-
ne rigidissima , to-
tam hebdómadam , ex-
céptâ die Dominicâ ,
jejunábat ; pane hor-
deáceo , & aquâ módi-
câ vitâ susténtans. Cor-
pus cilicio assuétum , ca-
ténâ férreâ constringé-
bat. Sorôres perpétuis
mónitis ad Divini sponsi
fidèle obséquium horta-
batur. Tantâ cùm sanc-
titate polléret , se se ni-
hilominus peccatrîcem
vocitábat : sicut etiám-
nùm inscripta cérrnitur
in ea quam ad Epîsco-
pos dírexit epîstolâ ;
cum morti próxima ,
monastérii sui tutélam
ipsîsmet , multo cum
honoris impéndio , ar-
déntes spirans pietatis
affectus , commendávit.
Tandem miráculis cla-
ra , ad optátum Christi
conspéctum evocata est.

D d

Corpus ejus beatus Gre-górius Turonén sis se-pelivit : atque magnífi-ca, quæ ad ejus túmu-lum póstmodùm corus-cáront virtútum divinâ-rum signa, luculéntâ re-censiōne testátus est.
Ex. Fallax gratia , &c.
pag. 78.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium:
Simile est regnum cœ-lorum thesauro.

Nona lectio SS. Hippolyti & Cassiani, ut in Breviar. In Laud. & Missa, com. oct. & SS. Hippol. & Cass. Missa. Cognovi.

In 2. vesp. à capit. de octav. **Commemor. S. Radegundis**, & S. Eusebii confess. ut in Breviar.

DIE XVI. AUGUS.

In festo sancti Rochi Confessoris. Duplex.
Omnia de communione

Confessoris non Pont.
præter lection. secundi noctur. **Oratio. Adesto.**
Commemor. octavarum Assumption. & S. Laurentii.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.
Lectio iv.

Ex ejus vita apud Sur.

 **O C H U S,**
urbe Monte-pe-sulánâ, in
Gállia Nar-bonénsi, Equéstri gé-nere oriündus ; parénti-bus vitâ functis , à qui-bus piè semper fuerat in-stitútus , Románæ pere-grinatiōnis consilium i-nivit religiōnis ergo , & stúdio* venerándi reli-quias Sanctórum Mártyrum & Apostolórum. Mox oppida sibi à patre relicta pátriu commi-sit , & facultátes cæteras

16. Augusti.

Sancti Rochi.

211

paupéribus erogávit , tagióne liberátæ sunt. Christi consilium secútus. In itinere ad xenodochia divertébat. Et , quod unū ómnium máximè in mandátis à pio patre jam moritúro accéperat , páuperes & ægros quacumque póterat ratione atque subsídio solabátur.

R. Honestum fecit illum. pag. 96.

Lectio v.

PEste igitur in Itália tūm gráviter sæviénte , præcláram natus exercéndæ charitatis opportunitátem , strénuam in juvándis ac sanándis iis , quos lues infécerat , óperam naváre cœpit , eorumque plúrimis , Crucis signo valetudinem restituit. Quin étiam illius assiduis préci- bus Aquapéndens , Ce- senna , Aríminum , aliæque urbes Italiæ à con-

tagióne liberátæ sunt. Ejus porrò mérita étiam augére Deus vóluit , dum eâdem peste , quā tam multos liberáverat , Placéntiæ corréptus est. Quam ob causam urbe egréssus , in próximam silvam se recépit , ubi fons divinâ voluntáte ad languéntis pedes exiliens , vehéméntem febris illius ardórem temperávit.

R. Amavit eum Do- minus. pag. 97.

Lectio vi.

EVicinâ quoque domo nobilis cujusdā viri canis domésticus , raptum è mensa panis frustum , quotídie beato Rocho deferébat. Sanitatem verò divinitùs adéptus , in Gálliam bellis vexátam revérsus , velut explorátor comprehénsus , in cárcerem conjicitur , ubi quin-

D d ii

quénnum malè tractá-
tus , cum summâ pati-
tiæ laude, in jugi medi-
tatióne passiónis Chris-
ti , excéssit è vivis, dé-
cimo sexto Kaléndas

Septémbris , anno vigé-
simo secundo suprà mil-
lésimum trecentésimū ,
ætatis suæ trigésimo se-
cundo. Ejus vivéntis
sanctitátem , & defunc-
ti gloriām crebra testán-
tur miracula , máximè
ad depelléndam pestis
contagiōnem. In quo
génere , illius præséntis
auxiliū innúmeri sibi
frequénter adésse sensé-
runt. Quæ cùm Pátri-
bus Concílii Constan-
tiénis innotuissent ; ip-
sorum decreto , ad pro-
pulsandam ejus patrocí-
nio luem in urbe gra-
fantem, imáginem San-
cti , solemnī pompā per
urbem gestatam fuisse
traditur. Deinde ubi-

que locórum , atque á-
deò Romæ summo Pon-
tifice consentiénte , in
eius honórem altâria ,
facélla , Téplaque Deo
sunt consecráta.

Iste homo. pag. 98.

In tertio Nocturno ,
Homilia in Evan. No-
lite timere. In Laud. &
Missa, com. oct Assum.
& S. Laur. Missa. Justus.

In 2. vesp. à capit. de
die oct. S. Laur. Comm.
Præc. & oct. Assumot.
DIE XVIII. AUG.

In festo S. Hyacinthi
conf. Dup. Ut in Brev.
16. hujus. Comm. oct.
Assump. & S. Agapiti
Mart. de quo nona Le-
ctio , ut in Brev.

DIE XIX. AUGUS.
In festo sancti Ludovici
Episcopi. Semiduplex.

Omnia de com. conf.
Pontif. præter ea quæ
hic habentur. Oratio.
Da quæsumus. Comm.

19. Augusti. Sancti Ludovici. 213

oct. Assumptionis.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.
Lectio iv.

Ex ejus vita per Henric.
Sedulium.



UDOVICUS, Cárlo secundo Siciliæ Rege, ac Mariâ

Húngarâ natus, ab ipsis incunâbulis eximia dedit futuræ sanctitatis insignia. Adhuc adolescentulus obses in Cataloniâ ductus, ut patrem captivum in libertatem asséreret, virtutibus & exercitatiōnibus piis per septem annos in cárcere totum se cónkulit, Franciscanorum usus óperâ & indústriâ. Puritatis ánnimi & cōporis usque ádeō tenax éxitit, ut solus

cum féminâ, matre ac sorore excéptis, sermonem nusquam sine teste habére voluerit.

¶ Inveni David. pag. 69.

Lectio v.

D E bile corpus & delicatū variis pœnitentiæ asperitatibus atterébat, cilicio præsértim continuo. De amplectendo beáti Francisci instituto, adhuc obses votum emisit. Quod cù è Catalónia revérsus apud Montempessulanum implére conaréetur, pater veheménter obstitit. Designátus Episcopus Tolosanus; à Bonifácio octávo Pontifice maximo, antequam insulas Pontificiæ dignitatis assúmeret, ut régulam sancti Francisci priùs profiterétur, tandem obtinuit. Quo vitæ génere mirum in modum oblectátus, chari-

tatis, orationis, pietatis, paupertatis, atque aliarum virtutum exercitatione, in eo religionis ordine animum excoluit; meditatus frequenter, quæ pascendo gregi, usui aliquando forent.

R. Posui adjutorium.

Pag. 70.

Lectio vi.

Cum nondum sa-
cris ordinibus Pô-
tificiae dignitatis susci-
piendis idoneus esset;
ad eos tamen assumptus
est, ex dispensatione
Summi Pôfificis. Quin-
que & viginti pauperi-
bus quos alebat domi,
aquam ad abluendas ma-
nus ipse porrigebat. Sa-
cramentis, verbique di-
vini pâbulo plebem si-
bi creditam recreabat.
Judæos rudimenta fi-
dei docébat, & ad bap-
tismum adhortabatur.
Ætatis anno vigésimo

quarto necdum exacto,
vitam hanc mortalem,
cum immortali commu-
tavit. Massiliæ in æde
Franciscanorum, prout
vivus mandaverat, se-
pulturæ traditus est.
Multis post obitum re-
fûlsit miraculis. Quibus
commotus Joannes vi-
gésimus secundus Pon-
tifex, cum sanctorum
numero adscripsit.

R. Iste est. **Pag.** 70.

In tertio Nocturno.

Homil. in Evan. Homo
peregrè proficiscens.

In Laudib. & **Missa com.**

Octavæ. **Missa**, Statuit.

DIE XXI. AUGUS.

In festo sancti Privati

Episcopi Mimatensis,

& Mart. Duplex.

Omnia de communione

unius martyris, præter

ea quæ hîc habentur.

Oratio. Infirmitatem.

Comm. oct. Assumpt.

In primo Nocturno.

21. Augusti.

Sancti Privati.

215

Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex Gregor. Turon. &
aliis.



RIVATTIS ,
nóbili gé-
nere ortus ;
cùm doctri-
nâ , & vitæ

sanctitáte floréret, Gabalitánus Episcópus créa-
tus , sedem Mimáti stá-
tuit. Tunc témporis Va-
leriáno & Galiéno im-
perántibus , Alemánno-
rum gens éffera , trans-
misso Rheno , in Gál-
lias irruens , ferro flam-
mísque ómnia devás-
tans , ad Gabalórum
usque fines , Croco du-
ce excurrit. Gábali om-
ni ope & subsídio desti-
túti , ad castrum hujus
Regiónis, nomine Gre-
dónam , situ , & natúrâ
fortíssimum, feréque in-

expugnábile , confugé-
runt. In cujus obsidiô-
ne , cùm frustrá bienniū
laborássent Bárbari ; re-
gióinem pervagántes ,
Privátum in spelúncâ ,
in cílinine montis Mi-
mâto imminéntis , re-
périunt. Illíc sanctus
vir degens , in oratióne
perseverábat , nec inde
nisi ad Solémnia per-
agénda egrediebâtur.

B. Honestum fecit illū.
pag. 113.

Lectio v.

C Aptum Antistítē ,
post inflicta dira
vúlera , Gredôniam de-
dúcunt, instigántque , ut
persuásâ Gredonénsibus
íncolis deditiône , suam
sibi vindicáret libertá-
tem. Conditionem ini-
quam , licet fustibus cru-
déliter impúlsus , rés-
puit fidélis Pastor. Il-
linc crudéli frequenti-
que vérbere actus ab hó-

stibus Mimátum redúci-
tur : ibique váriis, iisque
recrudeſcentibus supplí-
ciis , sanctissimus Pon-
tifex diis sacrificare , sed
frustrá, jubétur à bárba-
ris. Quin, unum se Deū
côlere profitetur , ôm-
nium scilicet creatorē ,
cujus justitiâ vindice pu-
nitur tyrannorum in
Christiános crudélitas.

P. Desiderium animæ.
pag. 114.

Lectio vi.

AD hoc furéntes
Alemanni , sanc-
tum Präfulem flagellis,
flammis , aliisque novis
pœnarum generibus ex-
cruciatum , relinquunt
velut exânimem. Mi-
rum dictu ! Tunc Gába-
lis pacem à Deo inti-
mis prémibus efflagitan-
te Priváto , ita Barba-
rōrum âmos depréssit
divina clementia, ut ag-
mine factō , Gredónam

redeúntes, ab obséssis pa-
cis conditiones accépe-
rint ; quorum ánteà san-
guinem sitiébant. Pace
initâ , Gábali ad Pasto-
rem accúrrunt ; qui suo-
rum médios inter amplé-
xus , die vigésimâ
primâ Augústi ânimam
efflâvit. Corpus ejus ,
quod variis posteà clâ-
ruit miraculis , in sub-
terrâneo sepûlcro hono-
rificè repositum est.

R. Stola jucunditatis.

pag. 114.

In tertio Nocturno.
Homilia in Evang. Si
quis venit ad me.

In Laudibus & Mula
comm. oct. Missa, Sta-
tuit. de communi unius
martyris pontificis.

In 2. vesp. à capit. de
die oct. Comm. præc. &
SS. Timothei & soc.

DIE XXV. AUG.
Commemoratio sancti
Genesii Martyris.
Officiu

25. Augusti;

Sancti Genesii.

217

Officium fit de sancto
Ludovico Francorum
Rege. Dupl. ut in Brev.

Nona lectio & com.
sancti Genesii in Laud.
& Missa.

Oratio. Præsta quæsus-
mus omnipotens Deus,
ut intercedente.

Pro sancto Genesio.

Lectio IX.

Ex actis select. Mart.



ENESIUS
artis mimi-
cæ magi-
ster ; cùm
quâdam die
Romæ de Mystériis
Christiánæ observántiæ
vellet Diocletiano Imperatori iudum exhibé-
re , hujus rei gratiâ ,
spectante pôpulo , in
média theátri quasi æ-
grôtus decúmbens , se
pétuit baptisári. Peractis
fictitii baptismi ceremoniis , tantâ divinæ grâ-
tiæ intrinsecus operân-

tis dulcédine perfusus
est , ut cum vêstibus al-
bis quibus per derisio-
nem indútus erat , stans
in altiori loco , sic Dio-
cletianum & spectantes
populos allocútus est.
Audi Imperâtor , audí-
te sapiéntes hujus urbis:
Ubi me aqua têtigit , &
interrogatus , crèdere
me respondi , vidi ange-
los peccata vitæ meæ in
libro legéntes , simûlque
manum cœlestem fordes
meas eâdem aqua lava-
tem. Nunc igitur inclite
Imperator , & vos
populi omnes , mecum
crèdite verum Dóminū
esse Christum , hunc es-
se veritatē , & per ip-
sum vos ætérnam glo-
riam consequi posse. Ad
hæc Diocletianus ve-
heménter indignatus ,
statim eum fûstibus cæ-
sum , tûngulis ferreis la-
teratum , lampádibus

E e

etiam exūstum , cùm in fide semper invictus permanéret , cápite plecti jussit.

DIE XXX. AUGUS.

In festo sancti Juliani
Martyris. Semidup.

Omnia de communi
unius Mart. præter ea
quæ hic sunt propria.

Oratio. Præsta quæsu-
mus omnipotens Deus ,
ut qui.

Comm. SS. Felicis
& Adauerti. Oratio pro-
pria. ut in Breviar.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
ocurrente.

In secundo Nocturno.
Lectio iv.

Ex sancto Gregorio Tu-
ronensi.

Lib. 2. mirac. mart. c. I.



NCLIT U S
Martyr Ju-
lianu s, qui
Viennénsi
ortus urbe , arvérnis da-

tus est martyr , ab hoc igne succénsus hæc concupivit , ac mente totâ desiderávit. Quia cùm esset apud beatissimum Ferréolum , jam tunc martyrii odore flagrábat. Qui relíctis divitiis ac propinquis , tantum ob solius amorem martyrii Arvérnum advénit. Sed nec hoc sine divino mandato perégit , cùm tūc persecutio in Vien- nénſi urbe fervéret. Légerat enim Dóminum prædixisse : Si vos per-secuti fuerint in ista ci- vitate , fugite in áliam. Cónculit ergo se in Arvérnum territorium , non metu mortis , sed ut relinquentia propria , facilius perveniret ad palmā : metuébat enim ne ei paréntes essent ób- vii , si inter eos hoc cer- tamen iniisset : & pér- deret miles Christi co-

30. Auguſti.

Sancti Juliani.

219

rónam glóriæ , si legítimè non certáſſet.

R: Honestum fecit illū.

pag. 113.

Lectione v.

Igitur instántē perſecutione, ad Brivaténsem vicum , in quo fa-nátici erróris néniæ colebántur , advénit. Et cùm inſequi adverſários nutu Dei sensíſſet , à vídua quadam se ócculi deprecabátur. Quem illa tegens, illíco mártyre poſcén̄te , detéxit , qui suis inſecutóribus ita infit : Nolo , diútiū commorári in hoc sæculo, quia sítio totâ áni-mi aviditáte jam Chri-stum. At illi , edúctā vi-bránti déxterâ frámeā , decíſo cápite , in tres , ut ita dicam, partes glo-riósus divldit⁹ur martyr. Nam caput Viénnam defért⁹ur ; artus Brivate recondúnt⁹ur ; felix áni-

ma à Christo condítore ſuſcipitur. Senes quo-que qui ſacrosánctum corpus mancipáverant ſepultúræ , ita redintegráti ſunt , ut in ſenec-tute ſummâ pósiti , tan-quam júvenes haberéntur. Caput quoque ejus Ferréolus martyr accépit: completoque certá-mine, tam illius mēbra , quām iſtius caput in unius túmuli receptáculo collocántur. Quòd ne cuiquam fortáſſis vi-deátur incredibilis eſſe narrátiō , quæ audívi gesta fidéliter prodam.

R: Desiderium animæ.

pag. 114.

In loco autem illo , quo beátus martyr percúſſus eſt , fons há-bétur ſpléndidus , lenis , dúcibus aquis ubérri-mus , in quo & à perſe-cutóribus caput ampu-

E e ii

tatum ablutum est, de quibus aquis multae sanitates tribuuntur infirmis. Nam saepe cæcorum oculi ab his tacti illuminati sunt: tertianarum, quartanarumque febrium ardore accensi, ut potati qui patiuntur, fuerint, conquiescent. Nam & si quis gravi labores incōmodo, inspirante Martyre, desiderium habuerit hauriendi, protinus ut hauserit, convalescit: & ita velociter extinguitur vis febrium, ceu si videas super immēsum rogam projectis undis incendia universa restinguiri.

R. Stola jucunditatis.
pag. 114.

In tertio Nocturno.
Homilia in Evangelio:
Si quis venit ad me.

Nona lectio & comm.
SS. Felicis & Adauerti

39. Augusti.
in Laudib. & Missa. ut
in Brev. Missa. In virtute. Evang. Si quis ve-
nit ad me; ex Missa de
communione unius martyris
Pontificis.

Vesp. de S. Raymundo Nonnato. Comm.
S. Juliani.

DIE I. SEPTEMB.
In festo sancti Egidii
Abbatis. Duplex.

Omnia de communione
confess. non pontif.

Oratio. Intercessio nos.
Comm. SS. XII. Fratrum mart. ut in Brev.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno,
Lectio quarta. ut in Bre.
Quinta & sexta sumuntur
ex sermone S. Joannis
Chrisostomi Beati,
&c. ut in commu. conf.

In tertio Nocturno.
Homilia in Evang. Ec-
ce nos reliquimus om-

3. Septemb. Sancti Lupi. 221
 nja, ut in commu. Ab-
 batum. Comm. duode-
 cim Fratrum martyr. in
 Laudib. & Missa, Os
 justi. de commu. Abb.
 In secundis vespbris
 com. S. Stephani Reg.
 Hung. & S. Antonini
 martyris.

DIE II. SEPTEMB.
 Commemoratio sancti
 Antonini martyris.

Officium fit de S. Ste-
 phano Reg. Hung. conf.
 Semiduplex.

Omnia ut in Breviar.
 In Laudib. & Missa,
 com. S. Antonini mart.
 Oratio. Praesta quæsu-
 mus omnipotens Deus,
 ut qui. ut in communi-
 unius martyris.

In 2. vesp. à capit. de
 S. Ludo.

DIE III. SEPTEM.
 In festo S. Lupi Episc.
 & confess. Semidup.
 Omnia de communi
 confess. pontif. præter

ea quæ h̄ic habentur
 propria.

Oratio. Exaudi.
 In primo Nocturno.
 Lectiones de scriptura
 occurrente.

In secundo Nocturno.
 Lectio iv.
 Ex ejus vita apud Du-
 chenium, tom. I. hist.
 Francor.



U p u s ,
 in território
 Aurelianén-
 si ad Lige-
 rim natus
 est ex nobilissimis pa-
 réntibus , Bettóne &
 Austregíldi , cui Aga
 cognómen. Ab avúncu-
 lis suis, Austréno Aure-
 lianensi & Aunachário
 Antissiodorénsi Episco-
 pis, adhuc puer, propter
 déditos religióni mores
 in Clerum cooptátus ,
 crescéntibus cum ætate
 méritis, Artémio in Cá-
 thedra Senonénsi suffec-

tus est , Clero & populo id apud Regem agentibus. Quo in munere admirandis cum pietatis , tum sollicitudinis pastoralis operibus eluxit. Nocte quādam cum pērvigil in oratione staret ad limen Basilicæ sancti Aniāni, fores ipsi divinitus referatæ sunt. Aūdiens se à quodam in aula Theodorici Burgundionum Regis calamniis proscindi : Nihil , inquit , aliorum dicta nocent ei quem propria non maculat conscientia.

v. Inveni David ser-
vum. pag. 69.

Lectio v.

Mortuo Theodorico , missas à Clotario secundo contrà Sénones cōpias , suis ad Deum precibus repulit. Hic postea Burgundiæ regno potitus , Sénonas

ad tractanda negotia Farulphum misit. Qui cum esset conquēstus quod sibi cum munēribus Lopus non venisset obviā , respōndit Lopus : Sacerdōtis est plebem régere & prīncipes sēculi divīna præcepta docēre ; itaque par est illos ad eum pōtiū accédere. Exardēscens igitur Farulfus , tot apud Clotarium calūmniis beatum pontificem infectatus est , ut eum Rex in occidentales Nēustriæ partes relegaverit ; ubi multos infidèles sanctus Præful ad fidem adduxit. Agnōvit postea ejus innocentiam Princeps , id agente beato Vincaldo monastērii sancti Lupi Trecensis Abbate , eumque ab exilio revocavit , & ad ejus pedes advolūtus véniam deprecatus est.

3. Septemb.

Sancti Lupi.

223

¶. Posui, &c. pag 70.

Lectio vi.

EX aula cùm ad se-
dem redîret, ac Pa-
risiis transiret cum Vi-
nebaldo, soluti divinâ
virtute à vinculis & car-
céribus rei, iis óbviam
processerunt. Diœces-
sim ingrésius, Melodú-
ni, vim grassantis incén-
dii représsit. Sacrificá-
ti gemma in cálicem
cœlitùs delapsa est: quæ
diù apud Sénonas con-
servata, póstea inter
sanctorum pignora in
régio palatio repósa
est. In prædio Brienne-
nensi, advérsâ corrép-
tus valetudine, mórtuus
est, & in sanctitatis ar-
gumentum odor suavissi-
mus ex ejus corpore
promanavit. Sepultus
est, ut ipse jüsserat, sub
stillicidio Basilicæ san-
ctæ Columbæ ad pedes
beatæ martyris, quam

singulári cultu semper
fuerat prosecutus.

¶. Iste est. pag. 70.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium:
Vigilate. Missa, Sacer-
dotes tui.

DIE VI. SEPTEM.

In festo sancti Eugenii
Episcopi & martyris.

Duplex majus.

Omnia de communi
unius martyris præter
ea quæ intrâ habentur.

Oratio. Deus qui nos.

In primo Nocturno.

De epistola secunda ad
Corinthios.

Lectio I. cap. x.

PSE autem
ego Paulus
óbsecro vos
per mansu-
etudinē &
modéstiam Christi, qui
in fácie quidem hūmilis
sum inter vos, absens
autem confido in vobis.
Rogo autem vos ne præ-

sens áudeam , per eám confidéntiam quâ exístimor audére , in quos-dam , qui arbitrántur nos tanquam secúndum carnem ambulémus. In carne enim ambuláentes, non secúndum carnem militámus. Nam arma militiæ nostræ non carnália sunt , sed poténtia Deo ad destrucciónem munitiōnum , consilia destruéntes , & omnem altitúdinem extolléntē se advérsūs scíentiam Dei, & in captivitátem redigéntes omnem intelléctum in obséquium Christi , & in promptu habéntes ulcisci omnem inobediéntiam , cùm impléta fuerit vestrā obediéntia. Quæ secúndum fáciē sunt , vidéte.

R. Iste sanctus. **pag** 173.

Lectio II.

SI quis confidit sibi Christi se esse , hoc

cógitet íterū apud se : quia sicut ipse Christi est , ita & nos. Nam , & si ampliùs aliquid gloriátus fuero de potestáte nostra , quam dedit nobis Dóminus in ædificationem , & non in destrucciónem vestram : non erubéscam. Ut autē non existimer tanquam terrére vos per epístolas: quóniam quidem epístolæ , inquiunt , graves sunt & fortes : præséntia autem cōporis infirma , & sermo contemptíbilis : hoc cógitet qui ejusmodi est , quia quales sumus verbo per epístolas abséntes , tales & præséntes in facto. Non enim audémus insérere , aut comparare nos quibusdam , qui se ipsos comméndant : sed ipsi in nobis nosmetipſos metiéntes , & cōparántes nosmetipſos nobis.

6. Septemb.

Sancti Eugenii,

225

Justus germinabit.
pag. 175.

mēndat , ille probātus
est : sed quem Deus
commendat.

Lectio III.

Nos autem non in immēnsū glo-
riābimur , sed secundūm
mensuram régulæ , quâ
meniūs est nobis Deus ,
mensuram pertingéndi
usque ad vos. Non enim
quasi non pertingéntes
ad vos, superexténdimus
nos : usque ad vos enim
pervénimus in Evangé-
lio Christi. Non in im-
mēnsū gloriántes in
aliénis labóribus : spem
autem habéntes crescén-
tis fidei vestræ , in vobis
magnificâri secundūm
régulam nostram in a-
bundântiam , etiam in
illa , quæ ultrà vos sunt,
evangelizâre , non in a-
liéna régula in iis quæ
præparâta sunt gloriári.
Qui autem gloriâtur , in
Dómino gloriétur. Non
enim qui seipsum com-

Iste cognovit , &c.
pag. 176.

In secundo Nocturno.
Ex sancto Gregorio Tu-
ronensi.

Lib. 2. històr.

Lectio IV.

Defuncto Transi-
mundo , Huneri-
cus , Affricánum occu-
pavit Regnum. Círola
falsò vocátus Episcopu-,
hæreticórum máximus
assértor , sanctum Eu-
génium Episcopum , vi-
rum inenarrábili sancti-
tate , in suburbáno ci-
vitatis suæ réperit. Quē
ita violénter rápuit , ut
nec ad hortândum gre-
gem Christículum abî-
re permítteret. Ille ve-
ro cum se vidéret abdú-
ci , epístolam cívibus
pro custodiéndâ fide ca-
thólicâ transmisit. Du-

Ff

et us itaque sanctus Eu-
génius ad Regem , cum
illo Arianórum Episco-
po , pro fide cathólicâ
decertávit. Cúmque eū
de sanctæ Trinitatis
mystério potentissimè
devicisset , in majórem
insániam idem Episco-
pus , invídiæ flammâ
succénditur. Vocátum
ad se quemdam hómi-
nem ab illo quo ipse vi-
vébat erróre decéptum ,
ait : Accéptis quinqua-
ginta aúreis , sede ; &
manum super clausos ó-
culos ponens , me præ-
tereunte cum réliquis ,
excláma , dicens : Te ,
Beatissime Cirola , nos-
træ Religiónis Antistes ,
déprecor , ut respiciens
maniféstes gloriam ac
virtútem tuam , ut ocu-
los meos apériens , mé-
rear lucem vidére quam
pérdidi.

Et. Honestum. pag. 177.

Lectione v.

Qui iussa complens ,
transéunte hæré-
tico cum Sanctis Dei ,
exclamávit , dicens :
sancte Sacérdos Dei ,
réspice cæcitátem meā.
Tunc hæreticórum E-
piscopus páululùm se
divértit , quasi in virtú-
te triumphatúrus , & e-
látus supérbiâ pósuit
manum suam super ó-
culos ejus dicens : se-
cundùm fidem nostram ,
quà rectè Deum crédi-
mus , aperiántur óculi
tui. Et mox tantus do-
lor óculos miseri illius
invásit , ut eos dígitis vix
comprímeret , ne cre-
párent. Dénique cla-
máre cæpit , ac dícere :
væ mihi mísero , quia
seductus sum ab inimíco
legis Divlnæ ; væ mihi ,
quia Deum pro pecú-
niâ irridére volui. Tunc
Sancti Dei misericordiâ

6. Septemb.

Sancti Eugenij.

227

moti, si, inquiunt, credis, ómnia possibilia sunt credénti.

¶. Desiderium animæ.

pag. 114.

Lectione VI.

AT ille clamabat voce magnâ : Qui non crediderit Christū Filium Dei & Sp̄ritum sanctum æqualem habere substântiam atque Deitatem cum Deo Patre , quæ ego pérferro , patiatur. Tunc sanctus Eugenius crucem super oculos cæci fâciens , ait : In nōmine Patris , & Filii , & Sp̄iritus sancti , véri Dei , aperiántur oculi tui. Et statim ablato dolore, ad pristinam rédiit sanitatem. Videns autem Hunericus Rex assertiones suas per Sanctórum fidem déstrui , fraudémque Pontificis sui in hoc scélere fuisse detestam ,

Sanctos Dei post multa tormenta , misit intérſici. Beatum verò Eugénium decollari jussit, sub ea sponsione , ut si in ea hora quâ ensis super cœlum ejus incumbébat, non reverteretur ad hæreticorum sectam , non occideretur , ne eum pro mártyre excôlerent Christiáni ; sed exilio damnaretur. Tunc suspenso gladio , apud Albigensem Galliarum urbem exilio deputatus est : ubi & finem vitæ præsentis fecit. Ad cuius nunc sepulcrum virtutes creberrimæ ostenduntur.

¶. Stola jucunditatis.

pag. 114.

In tertio Nocturno.

Lectione sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectione VII. cap. 5.

IN illo tempore : dixit Jesus Discipulis

E f ii

suis : Vos estis sal ter-
ræ. Quòd si sal evanue-
rit, in quo salietur ? Et
reliqua.

Homilia sancti Eugénii
Episcopi.

Apud Gregor. Turon.

Lib. 2. hist. cap. 3.

Dilectissimis , &
in Christi amore
dulcissimis filiis & filiâ-
bus Ecclésiæ mihi à
Deo commissæ Eugé-
nius Episcopus. Regá-
lis emanavit authóritas,
& pro exercéndâ fide
Cathólicâ , edicto nos
à Carthaginē venire
præcépit. Et ídeò ne
ábiens à vobis Ecclé-
siam Dei in suspéndo
dimitt̄terem ; aut oves
Christi non verus Pas-
tor siléntio relinque-
rem ; necessárium duxi
has pro me vicárias ve-
stræ dirígere sanctitati
líteras : in quibus , non
sine láchrymis peto ,

hortor, móneo , & satis
abundéque per Dei ma-
jestátem & per tremé-
dum judícií diem atque
advéntū Christi terri-
bilem claritátem obté-
stor , ut fixiùs teneáatis
Cathólicam fidem ; as-
seréntes Filium Patri
esse æqualem , & Spíri-
tum sanctum cámdem
habére cum Patre & Fi-
lio Deitátem. Serváte
itaque únici baptísma-
tis grátiam , custodién-
tes chrismatis unctió-
nem. Nemo post aquam
revertátur ad aquam ,
renátus ex aqua. Nutu-
enim Dei sal ex aqua
conficitur ; sed si in a-
quam redáctum fuerit ,
omnis sp̄cies ejus con-
féstim evacuátur.

R. Corona aurea , &c.
pag. 116.

Lectio viii.

UNDE non immé-
ritò Dóminus in

Evangélio ait : Si sal plébit Deus desidérium infatuátum fúerit in quo vestrum.
 saliétur , & útique hoc est infatuári , velle baptisári secúndò. Unde ritè semel fecisse sufficiat. Non audistis Christum dicéntem : Qui semel lotus est , non habet necessitátem iterùm lavandi. Ideóque fratres , & filii , filiæque meæ in Dómino , non vos contrister abséntia mea ; quia si cathólicæ disciplinæ adhæreáris , ego vos nec longinquitáte aliquà obliviscar , nec morte à vobis divéllar. Scítote quia quocumque me fécerint dívidi agônes , mecum est palma. Si ad exílium abiero , beáti Joánnis Evangelistæ constat exémplum. Si ad mortis exítium , mihi vivere Christus est & mori lucrum. Si rediero , fratres , im-

R. Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis , * Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretiose.

V. Vitam petiit à te , & tribuisti ei longitudinē dierum in sæculum sæculi. Posuisti. **G**loria Patri. Posuisti.

Lectio ix.

ATtamen sufficiat modò , quod vobis non tacui : mónuī , & instrúxi , quómodo pótui ; ideóque mundus sum à sanguine ómnium pereuntium ; & scio , quia adversus eos legéntur istæ literæ ante tribunal Christi , cùm vénnerit réddere unicuique secundum ópera sua. Si revérsus fúero , fratres , vidébo vos in hac vita. Si revérsus non fúero , vidébo vos in futurâ.

Dico tamen vobis valéte : oráte pro nobis & jejunáte, quia jejúnium & eleemosyna semper Dóminum ad miseri-côrdiā deflexérunt. Memento esse scriptum in Evangélio : Nolite timére eos qui occídunt corpus ; ánimam autem non possunt occidere. Timéte autem eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestátem & ánimam & corpus pérdere , & mittere in gehennam.

Te Deum.

Missa, Sacerdotes.

Evangelium, In illo tempore dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ, &c. ut in com-

muni Doctorum.

Dicitur Credo in Ec-
cles. Metropol. tantum.

In 2. vesper. à capit.
de S. Charissima virg.
comm. S. Eugenii.

DIE VII. SEPTEM.
In festo sanctæ Charis-
simæ virginis. Duplex
majus.

Omnia de communi
virginum : præter ea quæ
hinc habentur propria.

Orat. Exaudi nos Deus.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex veteri Legendário
Albiensi.



HARISSIMA
virgo Albi-
génfis Aspá-
sio, & Hé-
lenâ nobili-
bus paréntibus nata ;
cùm christiánis literis &
môribus imbuerétur, at-
que in schola coëtaneas
inter puéllas Ecclesiásti-
cos in honòrem sanctá-
rum virginum hymnos
aliquândò decantáret,
divino repéntè afflata

7. Septemb.

Sanctæ Charissimæ.

231

spíritu , virginitatis votum palam emisit. Quod cùm iniquissimo ánimo ferrent páréntes , eam Gilmundæ ipsius nutrìci , à sancto propórito deterréndam , nequicquam tradidérunt. Pacatas dein à patre cum hugolino de Castro veteri júvene nobilissimo nuptias, nocturnâ fugâ prævéniens virgo , ad duo milliaria progrésſa , in altissimam sylvam , Angelo duce ; se recépit ; ibique per triénnium incerto loco delítuit. Fiébat tamen tōties óbvia Gilmundæ , quōties ipsa Gilmunda de more panem hordeáceum ministratúra clánculūm adventábat.

R. Propter veritatem.

pag. 72.

Lectio v.

R Evérsa aliquandò domum Gilmún-

da , Thomásiam filiam deceſſisse repérerat. Postridè doloris impátiens rédiit ad Charissimam minitabunda : élige , inquit , è duôbus unum : aut suscita filiam pridiè mórtuam , aut scias te in paréntum manus ac-tútum tradéndam. Cui illa , piâ confidétiâ zonam pôrrigens : Hâc , ait , in nômine Dómini præcinge filiam. Abiit Gilmunda accéptâ zonâ , ad cuius contáctum súbitò puëlla revixit. Charissima interim vérita , ne revelante nutrîce suis è látebris à paréntibus aliquândo cum virginitatis periculo educerétur , trajécta tarni flumine , nocturnis dæmonū clamôribus frustrà terrefacta , dum per ïvia & saltuosa loca ire pergit , Eugénium Carthaginéensem Epis-

copum his in locis exulantem quæsitûra, eumque habitûra virginitatis assertórem, frigore, fame & diuturno labore exánimis in terram cóncidit. Mox divino mónu adveniénte Eugénio : ecce, inquit, quem quærébas adest Eugénius. Ad cuius vocem quasi è somno evigilans, óculos paululùm apéruit. Tum in os ejus à pio Præfule infuso agréstium pomórū succo, utcúmque resumptis víribus, in viam ambo se dedéntes, ad Veram amnem, ubi Monastériū Eugénius aedificare cæperat, perverérunt.

R. Dilexisti justitiam,
& odisti iniquitatem.

pag. 73.

Lectio vi.

I Bi toto septénnio júnii, oratiōnibus,

vigiliisque exácto, cónsigit ; ut in altissima incarnantis se Dei contemplatiōne aliquandò defixa, ante ipsum altare è terra sublímis élavarétur. Ibique cùm ab Angelis depôsita, sibi que réddita fuisset : Eugénio postulanti cónscium fieri horum quæ per éxstasim viderat, & audierat, respôndit : ineffabilia esse arcana circà felicitatēm æternam, ad quam triduò post fuerat invitata. Quo triduo sine cibo potuque transacto, ad mensam agni cœlestis jejuna, ut prædixerat, feliciter e-volávit. Ejus corpus in eodem Monastério, ubi consequenti tempore Viántium extructū est, sepultum fuit ; Albiam póstea translatum, in templo máximo requiéscit.

7. Septemb. Sanctæ Charissimæ.

233

B. Afferentur Regi.

Pag. 74.

In tertio Nocturno.

Lectione sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. cap. 25.

N illo tempore : dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cœlorū decem virginibus , quæ accipientes lampades suas , exierunt obviam sponso & sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

Epist. ad Eustoch.

Nolo te sponsum quærere per plateras. Nolo te circumire angulos civitatis ; dicas licet : surgam & circumibo civitatem, & in foro , & in platéis quoram quem diléxit anima mea ; & intérroges : num quem diléxit anima mea, vidistis? Nemo

tibi respondere dignabitur. Sponsus in platéis non potest inveniri. Atque útinam non inventus sufficiat. Vulneraberis , & gemebunda narrábis : invenérunt me custódes qui circúmeūt civitatem : percussérunt me , & vulneravérunt me , tulérunt therístrum meum mihi. Si autem hoc éxiens pátitur illa , quæ dixerat : ego dómio , & cor meum vigilit : quid de nobis fieri quæ adhuc adolescētulae sumus ; quæ sponsa intrante cum sponso remanémus extrinsecus ? Zelótus est Jesus, non vult ab aliis vidéti faciem tuam.

B. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit , quæ accéptis lāpadibus sumpsit secum oleum: * Et veniente Domino , in-

G g

troïvit cum eo ad nuptias.

V. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et veniente.

Lectio VIII.

Audi itaque Isaïam loquéntem : populus meus intra cubiculum tuum : claudé ostium tuum ; abscóndere pusillum aliquantulum, donec tránsheat ira

Dómini. Foris vagentur vírgines stultæ , tu intrínsecus esto ; quia si ostium cláuseris , & secundum Evangélii præceptum in occílto oráveris patrem tuum , véniет , pulsabit , & dicit : ecce ego sto ante

jánuam , & pulso. Si quis mihi aperierit , introibo & cœnabo cum eo , & ipse mecum ; & tu statim sollicita consúrge & aperi , ne te

moránte pertránseat , & póstea conqueráris , & dicas : apérui ego fratriéli meo , fratriélis meus pertransivit. Quid enim necéssè est ut cor-dis tui ostia clausa sint spōso? Aperiántur Christo , claudántur diábo-lo , secundum illud : si sp̄ritus potestátem habéntis ascénderit super te , ne dimiseris locum tuum.

V. Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite obviam ei.

V. Prudentes vírgenes aptate vestras lampades. Ecce sponsus. **Gloria Patri.** Ecce sponsus.

Lectio IX.

TE ipsam considerans , noli in altérius ruīna , sed in tuo ópere gloriári ; nec illárum tibi exempla pro-pónas , quæ carnis cu-

10. Septemb.

Sancti Salvii.

235

ram facientes, possessio-
num réditus , & quoti-
diánas domûs impensas
súpputant. Nec dicas :
illa & illa suis rebus
frúitur ; honorátur ab
homínibus : fratres ad
eam convéniunt & so-
róres. Nunquid ídeò
virgo esse désiit ? Primò
dúbium est an virgo sit.
Non enim quómodo
videt homo, videt deus.
Homo videt in fácie,
Deus autem videt in
corde. Dehinc, etiámsi
córpoire virgo est , an
spíritu virgo sit , nescio.
Apóstolus autē ita vîr-
ginem definívit : ut sit
sancta córpoire & spíri-
tu. Ad extrémum , há-
beat sibi glóriam suam.
Vincat Pauli sentétiā ,
delíciis fruátur & vivat.
Nos meliòrum exém-
pla sectémur.

Te Deum laudamus.
Missa, Dilexisti.

Vesp. de Nativitate B.
Mariæ Virginis. Com-
memor. S. Charissimæ.

DIE X. SEPTEMB.

In festo sancti Salvii

Episcopi Albiensis.

Duplex majus.

Omnia de communi
confessoris pontif. præ-
ter ea quæ híc sunt pro-
pria.

In utrisque Vesperis &
Laudibus.

Hymnus.

TEmpla solemnem
resonent triumphū:
Corda concentum fa-
ciant & ora :

SALVIUM lætis comite-
mur hymnis

Astra petentem.

Flore sub primo juve-
nilis ævi ,

In foro lites dirimit.
Tribunal

Inde supremum metuēs,
in arcta

Claustra recedit.

Hunc sibi poscit pia

G g ii

turba patrem ;
Hunc sibi morum repe-
tit magistrum ;
Ejus & iurant dociles
alumni

Vivere nutu.

Annuit victus precibus
suorum ,

Quos, regi semper cupi-
dus , regebat ;
Donec ad tempus fuit
ad superna

Limina raptus.

Sit Patri , sit laus Ge-
nito , sit almo
Flamini , sit laus tribus
una semper ;

Et tibi cunctis , Deus
unus æqua

Gloria sæclis. Amen.

R. Amavit eum Domi-
nus & ornavit eum.

R. Stolam gloriæ in-
duit eum.

Antiphon. Sacerdos &
Pontifex , &c.

Oratio.

DA nobis , Domi-
ne , beati Salvii

Pontificis attolli suffra-
giis : ut , qui in Ec-
clesia tua sacerdotalem
adeptus est dignitatem ;
populo tuo , cui præ-
fuit , supernæ lætitiæ
jucunditatem obtineat.
Per Dominum , &c.

Commemorat. octa-
væ Nativitat. B. Mariæ
Virginis.

Ad Maturinum.

Hymnus.

REdditus terris ,
Domingo jubente,
SALVIUS ; sedi datur
Albiensi

Præful ; urbs tanto sibi
læta plaudit
Munere cœli.

Mox super charum vi-
gilans ovile ,

Pascit exemplo , preci-
busque pascit ,
Pascit & linguâ , reficit
dolentes ,

Admonet , instat.
Prisca nostrorum pietas
avorum

10, Septemb.

Sancti Salvii.

237

Fluxit ex illo ; rediviva
surgat ;

Quos adhuc servat ci-
nis , hic sepultos
Suscitet ignes.

Quæ fuit vivo tibi cu-
ra , Pastor ,

Hanc licet vectus super
astra , serves ;

Et tuam , nostræ bone
tutor urbis ,

Respice gentem.

Sit Patri , sit laus Ge-
nito , sit almo

Flamini , sit laus tribus
una semper ;

Et tibi cunctis , Deus
unus æqua

Gloria sæclis. Amen.

In primo Nocturno.

De Epistola secunda ad
Corinthios.

Lectio 1. cap. 12.

I gloriari o-
pörtet / non
éxpedit qui-
dem) vénia

autem ad vi-
siones , & revelatiōnes

Dómini. Scio hómi-
nem in Christo ante an-
nos quatuordecim , sive
in corpore néscio , sive
extrà corpus néscio ,
Deus scit , raptum hu-
jusmodi usque ad tértiū
cœlum. Et scio hujus-
modi hóminem , sive in
corpore , sive extrà cor-
pus néscio , Deus scit :
quóniam raptus est in
paradísū , & audívit ar-
cana verba , quæ non li-
cer hómini loqui. Pro
hujusmodi gloriábor :
pro me autem nihil glo-
riábor nisi in infirmi-
tibus meis. Nam , &
si volüero gloriári , non
ero insípiens : veritátem
enim dicam : parco au-
tem , ne quis me exis-
timet suprà id quod vi-
det in me , aut áliquid
audit ex me.

*R. Euge serve bone &
fidelis , quia in pauca
fuisti fidelis , supra mul-*



ta te constituam : * in- paréntibus thesaurizáre, tra in gaudium Domini sed paréntes filiis. Ego tui.

* Domine quinque talenta tradidisti mihi , ecce alia quinque superlucratus sum. Intra in gaudium.

Le^ctio II.

NIhil minus fui ab iis , qui sunt suprà modum Apôstoli : tamétsi nihil sum : signa tamen Apostolátūs mei facta sunt super vos in omni patientia , in signis , & prodigiis , & virtutibus. Quid est enim , quod minus habuistis præ cæteris Ecclésiis, nisi quod ego ipse non gravávi vos ? Donáte mihi hanc injuriā. Ecce tértiò hoc parátus sum venire ad vos : & non ero gravis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt , sed vos. Nec enim debent filii

péndam , & superimpéndar ipse pro animabus vestris : licet plus vos diligens , minùs diligar.

* Ecce Sacerdos mag- nus , qui in diebus suis placuit Deo : * Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

* Benedictionem omnium gentium dedit illi , & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo jurejurando.

Le^ctio III.

COram Deo in Christo lóquimur: ómnia autem charissimi, propter ædificationem vestram. Tímeo enim ne fortè cùm vénero, non quales volo , invéniām vos : & ego invéniar à vobis , qualem

10. Septemb.

Sancti Salvii.

239

non vultis : ne fortè cōtentíones , æmulatiónes , animosítátes , dis-sensiónes , detrac̄tiones , susurratíones , inflatiónes , seditiónes sint in-ter vos : ne iterum cùm vénero , humiliet me Deus apud vos , & lú-geam multos ex iis , qui ante peccavérunt , & noīs egérunt pœnitén-tiam super immunditâ , & fornicatióne , & im-pudicitiâ , quam gessé-runt.

R. Juravit Dominus , & non pœnitēbit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

X. Dixit Dominus Do-mino meo , sede à dex-tris meis. Tu es sacer-dos. **Gloria Patri.** Tu es sacerdos.

In secundo Nocturno.
Ex sancto Gregorio
Turonensi.

Lib. hist. 7. cap. 1.
Lectione IV.



A L V I U S
Albigénsis
Episcopus ,
diù mundiá-

les causas
executus : relictâ sæ-culâri militiâ , mona-stérium expetivit. De-functo Abbâte , alén-di gregis suscipit offi-cium. Quodam autem témpore , febre nimiâ exháustus , magno lú-mine céllulâ clarificátâ & contremiscénte , spí-ritum exhalávit. Mane autem facto , funeris of-ficio præparáto , corpus movéri coepit in fé-retro , & quasi de gravi somno suscitátus , excút-itur : apertisque óculis , ait : ô Dómine miseri-cors quid fecisti mihi , ut me in hunc tenebró-sum mundánæ habita-tiónis locum redire per-

mitteres. Stupéntibus autem suis , & interrogantibus , quid fuerit tale prodigium , nihil ille respôndit. Die autem tertio implicitus fratrum précibus , ut quid vidisset expóneret, ait : Cùm me ante hos quátuor dies exánimem vidistis , apprehénsus à duóbus Angelis in cœlorum excélsa sublátus , introducetus sum in illud habitaculum , in quo lux ineffabilis , amplitudo inenarrabilis , quā ita multitudo promiscui sexūs obtéxerat, ut longitudo ac latitudo catervæ prorsùs pervidéri non possit. Cùmque pervénimus ad locum , in quo superpendébat nubes omni luce lucidior , stans audívi vocem dicentem : revertatur hic in sæculum , quóniam necessarius est Ecclésiis nostris. Vox enim audiebátur , nam qui loquerétur , pénitùs cerni non pôterat.

R. Inveni David ser-
vum. pag. 69.

Lectio v.

ET ego prostrátus , cum fletu dicébam: heu Dómine , cur mihi hæc ostendisti , si ab his frustrándus eram ? Et ait vox , vade in pacem ; ego enim sum cunctos tuus , donec redúcam te in hunc locum. Tunc relictus à comitibus meis , descéndens cum fletu , hinc sum regréssus. Hæc eo loquente , cœpit iterum Sanctus Dei cum láchrymis dicere : vœ mihi , quia tale mystérium auctor sum revelare. Ecce enim odor suavitatis , quem de loco sancto háuseram , & in quo per hoc triduum fine ullo

10. Septemb.

Sancti Salvii.

241

ullo cibo potuque sus-
tentatus sum , recéssit
à me. Sed & lingua mea
grávibus est opérta vul-
néribus , & ita tume-
fæta , ut omne os meū
videátur implére. Sed
tu nости Domine , quia
in simplicitate cordis
hæc feci , non in jac-
tantia mentis. (Ego ve-
rò hæc scribens , véror
ne alícuī legénti sit in-
credibile ; nam testor
Deum omnipoténtem ,
quia ab ipsius ore óm-
nia quæ rétuli , audita
cognóvi.) Post multum
verò tempus ipse vir
beatus , ad Episcopátum
éléctus , invitus est ordi-
natus : in quo invales-
cénte apud Albigénsem
urbem inguinário mor-
bo , cùm jam pauci de
civibus remanérent , vir
beatus tanquam bonus
pastor nunquam ab illo
loco recédere voluit , sed

semper hortabátur eos
qui relicti erant , ora-
tiōni incúmbere , ac vi-
giliis instanter insistere:
& bona semp̄ tam in
opéribus quam in cogi-
tatione versare.

R. Posui adjutorium.
Pag. 70.

Lectio VI.

CUm autem , ut
credo , jam reve-
lánte Dómino , tempus
suæ vocatiōnis agnoscet ,
ipse sibi sarcófagum
compôsuit , corpus á-
bluit , vestem induit , &
sic inténtum semper cœ-
lo beátum sp̄iritū exha-
lávit. Fuit autem mag-
næ sanctitatis , minimæ
que cupiditatis , aurum
nunquam habére volens.
Nam si coáctus accepis-
set , prôtinus paupéribus
erogábat. Cujus témpore
cum Múmmolus
patrítius multos capti-
vos ab ea urbe duxisset ,

H h

prosecutus ille omnes redemit. Tantamque ei Dóminus gratiam trábuit, ut ípsi etiam qui captivos duxerant, & de prétio ei concéderent, & in reliquo munérarent. Plúrima prætermitto. Non est tamen silentio prætereundum, quod adveniente Sálvio ad Chilpericū, Rex ei præcipit indículum recenséri, quod ipse scripserat, ut sancta Trinitas non in personarum distinctione, sed tantum Deus nominaretur; déprecás Chilpericus ut sibi consentaneus fieret Episcopus. Quod ille audiens, ita respuit, ut si chartam in qua hæc scripta tenebantur, potuisset attingere, in frusta discéperet. Et sic Rex ab hac intentione quiévit. Cùm autem vale post

synodus Regi jam dicto, ad propria redire vellemus, in átrio Brinacensis domus réperi Sálvium. Tunc remoti paululùm dum hinc inde sermocinarémur, ait mihi, vidés - ne super hoc tectum quæ ego suspicio? Cui ego, nihil video. At ille, alta trahens suspíria, ait: Vídeo ego evaginatum iræ divinæ gladium super domum hanc dependentem. Veruntamen non fefellit dictio Sacerdotem. Nam post dies viginti, duo filii Regis obiérunt.

RIste est. pag. 70.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII. cap. 5.
IN illo tempore: Videlis Jesus turbas, ascendit in montem; & cùm sedisset, accesse-

runt ad eum Discipuli
ejus. Et reliqua.

Homilia sancti Augusti-
ni Episcopi.

Sermon. 53. de verbis
Evang. Matth. cap. 5.

Béati mundicórdes,
hoc est, qui mundi
corde sunt ; quóniam
ipsi Deum vidébunt.
Hic est finis amoris no-
stri ; finis quo perficiá-
mur, non quo consu-
mámur. Quidquid ági-
mus ; quidquid benè
ágimus ; quidquid níti-
mur ; quidquid laudabí-
liter æstuámus ; quid-
quid inculpabíliter de-
siderámus, ad Dei vi-
sionem cùm vénérerit,
plus non requirémus.
Quid enim quærat, cui
adest Deus ? Aut quid
sufficiat ei, cui non súf-
ficit Deus ? Vidére Deū
volumus, vidére Deum
quærimus, vidére Deū
inardescimus. Quis non ?

Sed vide quid dictū est :
Beáti mūdicórdes, quó-
niam ipsi Deum vidé-
bunt. Hoc para unde
vídeas. Ut enim secún-
dùm carnem loquar,
quid desíderas ortum
solis cum óculis lippis ?
Sani sint óculi, & erit
lux illa gaúdium : non
sint óculi sani, erit lux
illa torméntum. Non
enim corde non mun-
do vidére permittérис,
quod non vidétur nisi
corde mundo. Repellé-
ris, auferéris, non vi-
débis.

R. Amavit eum Domi-
nus. pag. 87.

Lectio VIII.

Ventum est ad mū-
dicórdes, ibi vi-
sio Dei promissa est.
Non sine causa, nisi
quia ibi sunt óculi, un-
de vidétur Deus. De his
óculis Paulus Apóstolus
loquens ait, illuminá-

tos óculos cordis vestri. Modò ergo óculi isti pro sua infirmitaté illuminantur fide : pósteà pro sua firmitaté illuminabuntur spécie. Quámdiu enim sumus in corpore , peregrinámur à Dómino. Per fidem enim ambulámus , non per spéciem. Quámdiu autem in hac fide sumus, quid de nobis dicitur ? Vidémus nunc per spéculum in ænigmate; tuc autem facie ad faciem.

R. Sint lumbi vestri.
pag. 88.

Lectio ix.

Non ergo ita sápias in his præcéptis & præmiis , ut cùm audis Beati mundicórdes , quóniam ipsi Déum vidébunt, putes pauperes spíritu non visúros , aut non visúros mites , non visúros lugéntes , non visúros esu-

riéntes & sitiéntes justitiam , non visúros misericórdes. Non arbitrérис eos tantum quasi visúros qui mundo sunt corde , illis à visióne separátis. Omnia enim hæc iidem ipsi sunt. Ipsi vidébunt , & non ídeò vidébunt , quia páuperes spíritu sunt , quia mites sunt , quia lugéntes , quia esuriéntes sientésque justitiam , quia misericórdes : sed quia mundi sunt corde.

Te Deum.

In Laudib⁹ & Miss⁹ comm. octavæ. Miss⁹ , Statuit. **O**ratio. Da nobis Domine. pag. 236. **E**vangel. ut in festo omnium sanctorum 1. Novemb. **D**icitur Credo. In 2. vesp. comm. S. Nicolai , oct. & SS. Prothi & Hyacinthi Martyrum , ut in Breviario.

13. Septemb.

Sancti Mammetis.

245

DIE XI. SEPTEMB.

In festo S. Nicolai Tolentini Confess. Duplex. Omnia ut in Br. die 10, hujus. Com. oct. Nat. Nona lect. & com. SS. Prothi & Hyacinthi mm. ut in Breviar.

cum Evang. Si quis venit ad me. ex Missa, Statuit, de communione unius martyr. pontif.

Vesp dupl. de Exaltatione sanctae Crucis. Comm. præced. & oct.

DIE XVIII. SEPT.

Commemoratio sancti Ferréoli Martyris.

Officium fit de sancto Thoma de Villanova Episcopo. Semiduplex. ut in Breviario. Non lectio & commem. sancti Ferréoli in Laudib. & Missa. Oratio, Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut intercedente. de communi. unius mart.

Pro sancto Ferréolo.

Lectio ix.

Ex actis Mart. select.



ERREOLUS in Viénensi civitáte militans, cùm à Crispino præside Christi fi-

In primo Nocturno. Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Sermo sancti Augustini Episcopi. Triumphalis.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangel. Si quis venit ad me.

In Laudib. & Missa commemor. octavæ.

Missa, In virtute tua;

dem abnegare compell-
teretur, respóndit: Im-
peratóribus, quámdiu
salvâ religióne lícuit,
militávi. Mihi sufficit,
si liceat vivere Christiá-
num. Quòd si id non
liceat, parátus sum mo-
ri. Iratus Præses quòd
nec minis nec suppliciis
Ferréolus flecti posset;
in cárcerem eum cónji-
ci jussit. Unde post bí-
duum, vinculis divinâ
manu solútis, egréssus,
in extráneam régionem
properávit. Verùm à
persecutóribus in via
comprehénsus, revinc-
tis post tergum máni-
bus, in eum locum du-
ctus est, in quo córpo-
ris ejus sepúlcrum ho-
norátur. Ibi gládio per-
cüssus occúmbens, fi-
dem martyrio coroná-
vit.

T e Deum.

DIE XXII. SEPT.

In festo Susceptionis
Reliquiarum S. Clari
Protopræfulis Albiensis,
& Martyris. Duplex.

Omnia ut in ejus fe-
sto I. Junii, pag. 171.
præter lectiones secundi
Nocturni.

Commemor. sancto-
rum Mauritii & socior.
um. ut in Breviar.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Ex Carthul. Albien.



A R erat
Albiensem
Ecclésiam
insignibus
sancti Clari
Mártiris atque Pontifi-
cis fundatóris sui Reli-
quiis locupletári; ut
quam ipse suis præcibus
& méritis tutátur in cæ-
lis, luculento hoc præ-
sídio tutarétur, & orna-
ret in terris. Quapróp-
ter ex ejus lipsanis Bur-

dīgalæ apud sanctā Eu-
laliām quiescētibus ,
majōrem de osse cruris
partem , Reverendissi-
mus in Christo Pater
Cárolus, Albiénfis Ar-
chiep̄scopus , pro sua
in Eccl̄siām , & pōpu-
lum sibi commissum be-
nevolétiā, p̄tiit & im-
petrávit à Reverendissimo
Armāndo Burdi-
galénsi Archiep̄scopo.
Delátum īgitūr Albiam
fuit sacrum hoc pignus,
anno septingentésimo
suprà millésimum , per
Reverendissimum Joan-
nem Franciscum , Lu-
cionénsēm Episcopum,
nupēr Canónicum Pœ-
nitentiárium Albiensē ,
ac Vicárium Generalē ;
& per ejusdem Eccl̄siæ
Archidiáconum de Mō-
te-mirábili , ad id Bur-
digalam missum. Quod
pretiósū munus in Ec-
cl̄siā fratrū minórum

extrā muros urbis sitā
depōsitum fuit vigésimā
primā Septémbris , in
Basilicam Metropolitá-
nam pōsterā die trans-
feréndum. Prænuncia-
vérunt ad vésperum om-
nes simūl urbis campá-
næ , festivis sonis jubi-
lantes , futúram subse-
quénti die solemnitatē :
vacatūmque est in urbe
die vigésimā secundā ab
omni ôpere servīli.

R. Honestum fecit illū.
pag. 177.

Lectio v.

Inchoáta celébritas à
Reverendissimo Ar-
chiep̄scopo, missā Pon-
tificáli, de Sp̄ritu sanc-
to , per ipsum decantá-
tā. Deinde generális
supplicatio à Basilica
sanctæ Cæciliæ ad ædē
fratrū Minórum ce-
lebráta fuit. Ibi sacræ
beati Clari Reliquiæ à
quatuor Eccl̄siæ Me-

tropolitánæ Canónicis excéptæ , eorūmque húmeris innixæ , & baldachíno , ab urbis Magistratibus delato , honoríficè pièque obumbrátæ , in eandem Basílicam solemniter translátæ sunt. Pósterus incedébat præfatus Archiepiscopus Pontificalibus indumentis insignitus : præibant Clerus civitatis , totiusque Diocesis Párochi , ad synodum postridiè celebrándam convocati : omnes pretiosioribus amicti pluvialibus ; Regularium etiam ordinū & Confraternitatum , laicarūmque Congregationum singuli suo ordine procedébant. Innumera demum sexūs utriusque multitudo , quæ ex finitimiis regionibus ad solemnitatem accesserat , subsequebá-

tur. Sic in lætitia & exultatione , pios inter psallentium cantus , lætisque tormetorum bellicorum explosiones , quæ processiōnem muros urbis circumēuntem sunt prosecutæ ; per urbis vicos magnificis per istromatibus exornatos , arcubusque triumphalibus cum inscriptiōnibus appositis decoratos , ad Basílicam translationis pompa pervenit.

R. Desiderium animæ.
pag. 114.

Lectio VI.

SAcra verò pignora in altari , super excélsum tabulatum in extremitate templi navi extrectum ædificato , deposita fuérunt , & per octo dies in eo veneratiōni fidelium expósta. Vésperis de festo decanatis , Reverendissimus Archiepiscopus , de singulari-

gulári ab Albiénsibus erga sanctum Martyrem cultu præstando conciōnē hábuit; & sacellum in quo aram intrà turrim campanilem inclúsam , perfosso pariete , nuper eréxerat picturis auro rutilantibus à se exornatum , Beato Claro publicè dedicávit. Subsequéntibus octavæ diébus accedébant júgiter ad præfátam Ecclésiam , summâ frequentiâ , ineffabili zelo succénsi sexûs utriusque fidèles , sacras reliquias veneratúri ; quæ singulis diébus géminâ processione ab urbis & suburbiorum Ecclésiis vicissim celebratâ visitabantur : conciōque hábita singulis diébus in præfata Basílica. Ad Perennem autem tantæ solemnitatis , accepti que beneficii memoriā ,

fovendūmque pium erga sanctum Protopræfulem fidélium cultum , præfatus Archiepiscopus missam quartâ quâque fériâ [quoniam in hanc fériam Translatiōnis celébritas inciderat] vicissim à Canonicis in præfato facello in perpetuum celebrandam fundávit.

B. Stola jucunditatis.
pag. 114.

In Missa dicitur Cresdo in Metropoli tantū.

In vespere comm. S. Theclæ , ut in Breviar.

DIE II. OCTOB.
In festo Translationis Reliquarum SS. Eugenii , Vindemialis , Longini , Amarandi Martýrum , & Charissimæ Virginis. Duplex.

Omnia de communis plurim. mart. præter ea quæ hic habentur propria.

Oratio.

Deus, qui nos concedis sanctorum tuorum Eugenii, Vendemialis, Longini, Amarandi atque Charissimae translationem colere: da nobis in æterna beatitudine, de eorum societate gaudere. Per Dominum, &c.

Comm. S. Leodegarii Episcopi & martyri.

Oratio. Deus qui nos beati, &c. de communione unius martyr. pontif.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex vet. Legend. Albiens.

SANCTORUM Eugenii, Vendemialis, Longini, Amarandi martyrum, & Charissimæ virginis corpora, quæ ab

ipsa illorum morte, in Ecclesia Viântii in territorio Albiensi reposita fuerant, & per multa saecula colebantur: cum de religione loci decedere, atque sacrorum pignorum cultum immisui in dies cerneret Ludovicus de Ambosia Albiensis Episcopus, illa in Ecclesiam divæ Cæciliæ, suo beneficio jam tum totâ Galliâ pulcherrimam, quantâ potuit pompâ & apparatu, vir imprimis pius atque magnificus inferenda curavit anno salutis millésimo quadringentésimo nonagesimo quarto, ipsâ die dedicationis Archángeli Michaélis. Cujus tamen Translationis festum agitur secundâ Octóbris.

Rec. Sancti tui Domine.
pag. 185.

Sermo sancti Ambrosii
Episcopi.

Serm. 55. in Append.
Lectio v.

Agnoscamus, charissimi, circà Ecclesiā nostrā uberiōrem divinōrum mūnerum largitatem. Exultant felices singulārum urbium pōpuli, si unius saltem martyris reliquiis muniāntur: ecce nos pōpulos mártirum possidēmus. Gaudeat terra nostra nutrix cœlestium mīlitum, & tantarum parens fæcunda virtutum. Recte itaque & ex debito à filiis paréntis Ecclesiæ horum beatorum mártirū celebrantur insignia: qui illuminantes virtute fidei suæ innumerabiles pōpulos, soli quidem illatam sibi sensere mortem, sed non soli mortis suæ beneficia possedérunt. Im-

mēnsa enim Dei nostri pietas, múltiplex ad bonitatem, & ártifex ad salutem, in paucōrum triumphis plurimōrum cōmodis prōspicit. Illorum siquidem mérita nostra vult esse suffrágia: similque, dum nobis fidem veram duro martyrii agōne cōmēdat, afflictionem præcedentium instruētionem efficit posterōrum.

Bz. Verbera, pag. 186.

Lectio vi.

Quanta est circà nos Dei nostri sollicitudo? Illos exāminat, ut nos erūdiat: illos cōterit, ut nos acquirat; eorumque cruciatus nostros vult esse profectus. Méritò ergò eos cōlimus, qui periculis suis pugnant, & nostris utilitatibus militant; qui per lucis virtutē contemtū édo-

cent nos quantum Deo nostro debeāmus affēctum. Novérimus itaque quia non sine magno discrimine de religionis veritate dubitámus, quā tantórum sanguine confirmatā vidémus. Magni periculi res est , si post Prophetárum oracula , post Apostolórum testimónia , post Mártyrum vúlnera, véterem fidem quasi novéllam discutere præsumas ; & post tam maniféstos dūces in errōre permáneas ; & post moriéntium fūdōres otiósâ disputatiōne conténdas. Congratulámur ergò , dilectissimi fratres , magnæ fideli vestræ , per quam dum exules prófluâ charitáte suscipitis , etiam incolas Paradisi & cœlicives habére meruistis.

*Bz. Tanquam. pag 187.
In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. cap. 10.

In illo tempore : dixit Jesus Discipulis suis : Nihil est opertum quod non revelabitur ; & occultum , quod non scietur. Et reliqua. Homilia sancti Ambroſii Episcopi.

Tom. 2. Epist. 22.

Cum tam effusam , tamque inaudítam considerárem convéntū vestri celebritátem , & divinæ gratiæ múnera , quæ in sanctis martyribus refulgérunt , imparem me , fáteor , huic múneri judicábam ; nec fieri posse ut sermone absölverem , quod vix pójimus ânimo inténdere , óculis comprehendere. Sed ubi sanctárum legi cæpit series Scripturârum , largitus

est Spíritus sanctus, qui loquútus est in Prophétis, quo dignum aliquid tanto cœtu & expectatione vestrâ, martyrumque sanctórum méritis proferámus. Cœli, inquit, enárrant glóriam Dei. Cùm légitur hic psalmus, occurrit quod non tam eleménta materiália, quàm cœlestia mérita dignū Deo præcónium deférre videántur. Respéxit sanè humília Deus qui laténtes sub ignóbili céspite reliquias sanctórum mártirum suæ Ecclésiæ revelávit.

R. Propter testamentū Domini, & leges paternas, sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis: Quia unus fuit semper spíritus in eis, & una fides.

V. Ecce quàm bonum & quàm jucundum ha-

bitare fratres in unum.
Quia unus.

Lectio VIII.

Grátias tibi, Dómine Jesu, quòd hoc témpore tales nobis sanctórum mártirū spíritus excitásti, quo Ecclésia tua præsidia majôra desiderat. Eruuntur nobiles reliquiæ è sepúlcro ignóbili; ostenduntur cœlo trophyæ. Sanguine tumulus madet, appárent cruoris triumphális notæ, inviolátæ reliquiæ loco suo & ordine repértæ, avulsum húmeris caput. Nunc senes répetunt, audisse se aliquando horum mártirum nómina, titulúmque legisse. Perdiderat civitas suos mártires, quæ rápuit alienos. Et si hoc Dei munus est; tamen grátiam quām tempóribus sacerdotii mei Dóminus Je-

fus tribuit, negare non possum. Condamus ergo reliquias sacrosantas, & dignis ædibus invechámus, totumque diem fidâ devotioñe celebrémus.

R. Sancti mei qui in carne positi, certamen habuistis: * Mercedem laboris, ego reddam vobis.

V. VeniteBenedicti patris mei, percipite regnum. Mercedem. **Gloria Patri.** Mercedem.

Pro sancto Leodegario.

Lectio ix.

Ex ejus vita apud Du- chenium, Tom. i. hist.

Francor.



EODEGARIUS, Pietaviensis Archidiaconus, ac deinde Monasterii sancti Maxentii Abbas, postea Augustodunensis

Episcopus creatus, huic Ecclesiæ decem annis præfuit. Cum autem Chilperici secundi odium, malis inimicorum artibus incurritset, misit Rex qui cum comprehenderent. Re cognitâ, sanctus Antistes, erogatis in pauperes facultatibus, Christique corpore præmunitus, ne quid detrimenti civitas sui causâ pateretur, sponte se tradidit inimicis, qui illum præcisis labiis & linguâ, erutisque oculis, in coenobium, sub custodiâ servandum detruserunt. Mox in palatiū ductus cum sine lingua, linguae tamen coram Rege fungeretur officio, in silvam suo posteâ nomine insignitam à quatuor sicariis adductus, in territorio Atrebatenſi, capite truncatus est. Cor-

5. Octob.

pus ejus ad Pictones de-
latum , in Basilicā sanc-
ti Maxentii honorifice
cōditum est.

Te Deum.

In Laudibus & Mis-
sa , comm. S. Leodega-
rii. Missa. Sapientiam
sanctorum, cum Evang.
Nihil est opertum , ex
missâ , lætabitur , de
comm. unius mart. non
pontif. Dicitur Credo
in Metrop. tantū. vesp.
Dup. de SS. Angelis cu-
stodibus. Comm. præc.
DIE III. OCTOB.
In festo SS. Angelorum
Custodum. Duplex. ut
in Breviario.

DIE V. OCTOB.

In festo sancte Fidis
Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de communis
virgin. præter ea quæ
hic habentur propria.

Oratio. Deus qui inter
cætera.

Sanctæ Fidis.

255

Comm. SS. Placidi ,
& sociorum mart. ut in
Breviario.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex ejus Martyrio.
apud Surium.



IDE Vir-
go , véteri
& generosâ
stirpe nobi-
lis, sed Chri-
sti múnere longè nobi-
lior , prima in Agen-
nénsum civitáte mar-
tyrii dedit exemplum.
Cùm Daciánus, ab Im-
peratôribus Diocletiá-
no & Maximiáno A-
génnum missus esset ut
Christiános ad idolo-
rum cultum pertráhe-
ret, virginem sibi jussit
præsentári. Illa sponte
ministris se se offerens,
armáta signo sanctæ Cru-

cis , sancto que roborata sancta Fides à terrénâ Spiritu , hilari ânimo vitâ ad supérnam gloriām migrare desideras , ad Præsidem perréxit ; in hanc vocem prorūpit . Ego pro Dômini & de nômine suo ac religiōnis professiōne quēsita , nullo pertérrita metu & nomen suum , & Christiānæ fidei professiōnem édidiit.

R. Propter veritatem.

pag. 72.

Lectio v.

CUi Præses , accipe , inquit , consilium pulchritudini atque juventuti tuæ incessarium : magnæ Dia- næ sacrificia. Quæ dicta Christi virgo pro nihilo reputans : A patrum , inquit , traditionibus cognovi , omnes Géntium Deos dæmōnia esse. Tunc Dacianus excondescens , ait : aut quantociùs offer thura Diis , aut ego te divérsis excruciatâ tormentis , morte mulctabo. Ad hæc

R. Dilexisti justitiam.

pag. 73.

Lectio vi.

PRæses ardens irâ , jussit satellitibus , ut virginem in lectum æreū exténderent , supposito que igne , ténera illius membra crudeli supplicio disrúperent. Itaque candéntem craticulam generosa virgo ultrò conscéndens , di varicatis membris per quatuor partes exténditur , férreis vinculis coarctata. Corpori virginis ad flammas parato ministri ardentes subjiciunt prunas , adipéque

8. Octob. Elevat. Corporis S. Salvii. 257.

in ignem diffuso , ad la-
tera usque torrida in-
cendia subvolare cogut.

Quo spectaculo , multi
è populo permoti , unā
voce impietatem Júdi-
cis , & injusta judicia
damnarunt : virginisque
constantia ad Christi
cultum perduti , eodem
gladio quo demum Fi-
des percussa fuit , glo-
riosam martyrii palmam
sunt consecuti.

¶ Afferentur Regi.

pag. 74.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang.

Simile erit regnum cœ-
lorū decem virginibus.

Nona lectio SS. Placi-
di & sociorum mart.

de quibus in Laudib. &
Missa fit comm. Missa ,

Loquebar. Vesp. Dup.
de S. Brunone Confess.

Comm. S. Fidis.

DIE VIII. OCTOB.

In festo Elevationis

Corporis sancti Salvii
Episcopi Albiensis.
Semiduplex.

Omnia ut in ejus festo , pag. 235. præter ea
quæ sequuntur.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectione IV.
Ex Chartul. Albiensi.

 R T A est
olim dubi-
tatio de cōr-
pore beati
Sálvii , & de sepultura
ejus : aliis fidem pri-
orum relationi adhibénti-
bus , & sepulchrum
Pontificis , quod imménsa lápidum congé-
rie coopertum , ne aliciujus furto unquam pa-
tere posset , post altare
Beati Saturnini laté-
bat , devotissime vene-
rántibus , ibique con-
fessionem peccatórum

K K

faciéntibus, & pro pígnore tanti viri véniam poscéntibus: áliis autem affirmáre conántibus, quòd vir ille, ad Evangelium Christi intimándum, in Fránciam perréxerat, ibique sepulturam promeruerat. Hæc opinio inde máximè descendébat, quòd mercatóres qui Fránciam frequentábant, illuc quēdam álium Sálvium quiescéntem audierant. Et ita vocábuli æquivo- catióne decepti, Sálvium Albiénsem illuc requiéscere autumábāt. Unde sæpe mítuò colloquéntes cives dicébant supradictam con- gériem debére amovéri; & si vas coeléstem ha- bens thesâurum intùs servarétur, videri. Cum hoc diutissimè delibe- rárent, & pro reverén- tiâ sanctárum reliquiâ-

rum hoc ágere formidárent; Custos Ecclésiæ, videlicet sacrista, ad cuius curam hoc máximè spectábat, quemdam lápidum cæsórem, bo- ni testimónii virum, super hoc ipso negótio tandem secretò alloqui- tur & ejus ad hoc petit adjutórium.

B. Inveni David. **&c.**
pag. 69.

Lectio v.

QUi cementárius óperam suam li- bentissimè promittens, se se per visiōnem semel, bis, & ter ad hoc fuisse admónitum, sub veri- tatis testificatióne con- stanter asséruit. Ambo páriter animáti, adhībito tantùm secum Ecclésiæ ostiário; quòd so- ciós tali júngere óperi, donec vidérent evéntū rei, formidárent, ad tú- mulum sacrum accédūt,

ibique fusâ oratiōne , pag. 70.

acérvum dissipant. Nec

multitúdine lápidum

térriti , nec ponderósâ

multitúdine graváti ,

mirum in modum opus,

in quo plusquam decem

viri videbántur necessá-

rii , tantâ velocitâte ,

tantâque facilitâte péra-

gunt , ut magis se se re-

parári laborândo , quam

fatigâri sêntiant. Mox

ex insperáto urnam té-

ream juxtâ sepúlcrum à

parte pedum locátam

instruménto férreo fe-

riéndo pérforant. Sta-

tímque melliflui , & a-

romáticí odoris fragrâ-

tiâ copiosè dulcoráti

sunt ; admotóque lúmi-

ne, quid urna contíneat

noscere cupiéntes , in-

trò prospiciunt sanctó

rum Reliquias , & car-

næ etiam óssibus ad-

hæréntes.

B. Posui adjutorium.

Lectio vi.

Cumque , & deside-
ráti sepúlcri latus ,
cui urna adhærébat , pá-
riter cérnerent , invené-
runt étiam supradictæ
urnæ álias duas persi-
miles , ex dirécto in á-
lio látere locátas , &
pignóribus sanctórum
plenas. Post hæc sancti
Præfulis monuméntum
cum gáudio & tremóre
simùl apértum est in
hymnis & cánticis , &
plúribus cereórüm lu-
minibus , octávo idus
Octóbris , anno millési-
mo centésimo nonagé-
simo quarto. Præsén-
te venerábili Domino
Guillelmo Petri Epis-
copo : præséntibus étia
Ecclésiæ Præposito ,
& Candeliacénsi Abbá-
te , aliisque multis Ec-
clésiæ Cathédralis , &
Collegiátæ ministris.

Visique sunt sacratissimi cineres à compluribus tam láicis quam Cléricis, eodem modo extensi & permanentes, quo sacri corporis gleba olim in vase collocata est; ita ut & manus super pectus cerneréntur, & vestigia pastorális virginum, quae juxta corpus posita in púlverem redacta fuerat, certissimè notaréntur. Tam sacra pignora honorifice condita sunt, & erga sanctum inde major populo rum crevit devotio.

*Ie. Iste est, qui ante, &c.
pág. 70.*

In secundis vesperris à capitulo de SS. Dionysio & sociis mart. Oratio propria, ut in Breviario. Commemoratio præcedentis, ac sanctæ Exuperiæ virginis & martyris. Oratio. Indulgentiam.

DIE IX. OCTOB.

Commemoratio sanctæ Exuperiæ Virginis & Martyris; sine lectione.

Officium fit de SS. Dionysio & sociis martyribus: Semiduplex, ut in Breviario. cum com. S. Exuperiæ in Laud. & Missa.

DIE XI. OCTOB.

In festo sanctæ Birgittæ viduæ: Semiduplex, ut in Breviario, 8. hujus.

DIE XIII. OCTOB.

Commemoratio sancti Geraldii Confessoris.

Officium fit de sancto Eduardo Anglorum Rege, confess. Semidupl. ut in Breviario.

Nona lectio & commemoratio sancti Geraldii. Oratio. Adesto Domine, de communis confessoris non pontif.

Pro sancto Geraldo.

Lectio IX.

Ex Oratione Cluniacensi.

in Biblioth. Cluniac.



ERALDUS,
in Arver-
nensi terri-
tório illúst-
tri familiâ

natus ; cùm intellexis-
set víribus meliòrem es-
se sapiéntiam , scriptu-
rarárum lectíoni militá-
rem artem postpósuit.
Defunctis paréntibus ,
non , ut solent adolef-
céntes , in matúra do-
minatióne supérbiit ;
sed in cordis simplicitá-
te semper ambulávit.
Romam sépties ádiit ,
sacras principis Aposto-
lórum reliquias venera-
turus ; in cuius honórem
monastérium Aureliaci ,
sub régulâ sancti Bene-
dicti , fundávit. Cùm
tempus resolutiōnis suæ
instâre sentiret , Episcopum
vocári pétuit , ut
videlicet ovem ad álter-
am vitam demigrántem

pastóri Christo pastor
commendáret. Tunc
clericis coràm se divi-
num officium peragén-
tibus , cum psalléntibus
ipse psallebat. Donec
tandem finito comple-
tório , dedúctis ex imo
corde ad Deum suspi-
riis , præséntis vitæ fi-
nem fecit.

Te Deum.

DIE XVI. OCTOB.

In festo secundæ Inven-
tionis sanctæ Cæciliæ
Virg. & Mart. Duplex.

Omnia ut in ejus fe-
sto die 22. Novem. pag.
I. præter ea quæ híc ha-
bentur propria.

Oratio.

Deus , qui beatam
Cæciliam Virgi-
nem & martyrem tuam ,
Angeli tutelæ comini-
sam , immaculatam tibi
decantare , ac deservire
voluisti : concede no-
bis , ut cuius Inventio-

nem celebramus , ejus
precibus & exemplo ,
ore simùl & opere tua
celebrare præconia ; &
æternis Angelorum cho-
ris interesse mereamur.
Per Dominum.

Commemor. sancti
Leontii Episcopi. Ora-
tio. Exaudi. de commu-
ni confessor. pontif.

Deinde SS. Urbani ,
Lucii, Valeriani, Ti-
burtii, & Maximi, Mar-
tyrum.

• *Oratio.*

Præsta , quæsumus
omnipotens Deus ,
ut qui sanctorum tuo-
rum U**rbani**, Lucii, Va-
leriani, Tiburtii, & Ma-
ximi Inventionem coli-
mus ; à cunctis malis
imminentibus eoru*m*
intercessione liberemur.
Per Dominum.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Baron. Annal. 821.



U M Paulus
Sfondratus,
tituli sanctæ
Cæciliæ

Présbyter Cardinális ,
post exornatam à se
eādem Ecclésiam, ad-
jiceret ánimum ad con-
fessiōnem ipsius nobī-
liūs illustrāndam , atque
locupletāndam , delec-
tis Sanctōrum reliquiis
summā industriā perqui-
sītis , & in urnis argén-
teis plūribus magni pré-
tii collocātis , ut eas ibi
recónderet , sed non cá-
peret locus patens inter
altāre & confessiōnem ,
necésse hābuit spātium
dilatāre. Quod dum fie-
ret , vetus excavātum
forāmen detégitur pér-
vium ad corpus sanctæ
Cæciliæ , per quod (ut
aliás supériūs diximus)

soléret fidélium pietas stis illius auro textæ ; dimittere sudariola, quæ cujus idē Paschalis mé- tactu sepulcri Mârtiris haurírent grâtiā sa- minnit , ïndices erant. nitatum. Sicque per ip- Alia verò suprà Martyris corpus sérifica , lévia sum invéntum est pâri- tamen velâmina pósita , ter venerândum sepulcrum illud , quo clau- ipsaque depréssa situm debâtur sacrum corpus ipsum & habitûdinem insîgnis virginis atque corporis ostendébant. martyris Cæciliæ , de Visebatúrque , non ut qua inscriptio foris pósita , certam & explorâ- âsselet , in sepûlcro re- tam in ómnibus fidem supinum pósitum cor- faciébat.

*By. Cilicio Cæcilia, &c.
pag. 19.*

Lectio v.

CUM nos ista de ligneâ arcâ non si- ne magna admirâtione vidissimus : venerândum Cæciliæ corpus ita invénimus , nempè ad pedes ejus , quæ fuerant mâdida sanguine vela : & sérifica fila auro ob- dûcta quæ visebântur , jam vetustâte solútæ ve-

ftis illius auro textæ ; cujus idē Paschalis mé- minnit , ïndices erant. Alia verò suprà Martyris corpus sérifica , lévia tamen velâmina pósita , ipsaque depréssa situm ipsum & habitûdinem corporis ostendébant. Visebatúrque , non ut âsselet , in sepûlcro re- supinum pósitum corpus ; sed ut in lecto ja- cens honestissima virgo suprà dextrum cubâre latus , contrâctis non- nihil ad modéstiam gé- nibus , ut dormientis imâginem rédderet pô- tiùs quam defunctæ , ip- so ita ad insinuândâ om- nibus virginalem vere- cùndiam compósto situ corporis ; âdeo ut nemo quamvis curiósus inspe- ctor , ausus omnino fu- erit virgineum illud de- tégere corpus ; perindè ac si cœlestis sponsus

assisteret vigilans custos dormientis sponsæ, monens & minans: ne suscitétis neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

R. Cæciliam intra cubiculum. pag. 20.

Lectio vi.

Cleméntis pluri-mùm in eo commendáta modéstia fuit, quòd invitátus licet, noluit redūctis velis nudum virginis corpus quantumlibet exficcá-tum inspicere: satis ad fidem esse sciens membra singula cognovisse per superpôsita vela. Venerátus est páriter post hæc sanctissimos prædecessóres Pontífices Urbánum & Lúcium, nec non Valeriánum, Tiburtium, atque Máximum martyres in eâdem confessióne recônditos. Ubi autem exoptáta ad-

vénit dies natális ejusdem sanctæ Cæciliæ, ipse Póntifex unà cum sacro Senátu, ipso collégio Cardinálium; célebri pompâ, ritu solémni sacrosánctum Missæ sacrificium óbtulit. Quo summâ religiône perfuncto, ministério Diaconórum adjútus, arcam illam argénteam jam ánteà consecrâtam détulit in confessiōnem, in eâque cupréssinam illam, quæ venerandum corpus virginis & martyris Cæciliæ continébat, consuétis adhîbitis precibus, collocávit; atque intra lapideum monuméntum utramque ita simul compósitam clausit.

R. Domine Jesu Christe. pag. 21.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio

Lectio VII. cap. 10.

IN illo tempore: dixit Jesus Discipulis suis: nihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non sciatur. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Ex lib. 20. contra Faust.

Manich.

POpulus autem Christianus memorias martyrum religiosâ solemnitate concélébrat, & ad excitândam imitationem, & ut méritis eorum consociétur, atque orationibus adjuvetur: ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi

Deo martyrum, quamvis in memoriis martyrum constituamus altaria. Quis enim Antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit, offerimus tibi Petre, aut Pau-

le: sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit. Colimus ergo martyres cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad tales pro Evangelica veritate passionē paratum esse sentimus. Sed illos tantò devotius, quantò securius post certamina superata: quanto etiam fidentiōte laude prædicamus, jam in vita feliciorē victores, quam in ista adhuc usque pugnantes.

Bz. Beata Cæcilia, &c.
pag 25.

Lectio VIII.

AT illo cultu, quæ Græcè latrā dicitur, cùm sit quædam propriè divinitati débita servitus, nec colimus, nec colendum docémus, nisi unum Deum. Cùm

autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificii, unde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo; & quisquis in hunc errorum delabitur, corrigitur per sanam doctrinam, sive ut corrigatur, sive ut caveatur. Ipsi enim sancti, vel homines, vel Angeli, exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo debéri norunt. Apparuit hoc in Paulo, & Barnaba; cum commoti miraculis, quæ per eos facta sunt Lycaonii, tanquam Diis immolare voluerunt: consciens enim vestimentis suis, confitentes & persuadentes se Deos

non esse, ista sibi fieri vetuérunt. Et in Apocalypsi legimus, Angelū se adorari prohibéntem, ac dicéntem adoratori suo, conservus tuus sum, & fratrum tuorum.

R. Cæcilia me misit.
pag. 26.

Pro sancto Leontio.
Lectio ix.



EONTIUS, apud Santos alto genere ortus, sic in conubio vixit, ut cunctis civibus eximiæ simùl & pietatis in privatis moribus, & æquitatis in publicis muneribus obeundis, rarum specimen præférret. Defuncto Burdigalensi Antitite, omnium votis ad Episcopatum vocatus, delatum honorem suscepit, eo pacto cum conjugc consentiente

20. Octob.

Sancti Caprasii.

267

inito , ut quæ uxor fuerat , deinde chara soror censeretur. In Episcopatu fuit semper honoris divini cultor studiofissimus ; pauperum pater misericors ; Regum monitor & árbiter ; populi correptor & defensor. Sancti Bibiáni Basílicam apud Santonenses , & Ecclésiam sancti Martíni apud Burdigalenses , ædificia nóbilis structuræ constrúxit. Synodus in provincia sua , contrà sédium Episcopálium per poténtiam sœculárem , invasores , habéri voluit. Secundo & tértio Parisiénsibus Conciliis intérfuit.

Te Deum.

Comm. S. Leontii , & deinde SS. Urbani , Lucii , &c. in Laudib. & Missa.

DIE XX. OCTOB.

In festo sancti Caprasii

Martyris. Semiduplex.

Omnia de communi unius Mart. præter ea quæ híc sunt propria.

Oratio. Præsta quæsumus omnipotens Deus : ut qui , &c.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex ejus Martyrio apud Surium.



U m Fides
in candénte léctulo
torquerétur
Agénni ,
Caprásius cum cæteris
Christícolis persecutiō-
nem declínans , ad sep-
tentriónálem urbis pla-
gam sub quadam rupe
latébat , & ómnia quæ
intrà muri ábitum ge-
rebántur , exindè pro-
piciébat. Qui sub ejus-
dem diei articulo , per
L vii

speluncæ forámen ad igne exústam , neque corpore sauciátam , sed cœlestibus ornaméntis stare redimítam. Tunc secúrus , non impáribus méritis eâdem gloriâ fruitúrus , ad locum se cóntulit , ubi gloriósa virgo flammárū incéndia sustinébat ; Christumque altâ voce prædicans , ultrò martyrii certámen expetiit. Præses Caprásii constántiam admirans, blandis eum sermónibus deliníri tentávit. Verùm , ut vidit immutabilem ejus mentem , jussit ministros in ejus corpus sævire , carnésque laníare.

R. Honestum fecit illū.

Pag. 113.

Lectio v.

VIdit étiam vir san-
ctus beatissimam
Fidem , véluti pugilem
egrégiam non torto-
rum iustibus læsam , non

R. Desiderium animæ.

Pag. 114.

Lectio vi.

CUm Martyr per
ómnia supplicia
invictus , alacri vultu pô-
pulis præsentibus Chri-

20. Octob.

Sancti Caprasii.

269

sti nomen prædicaret :
ingens animorum mo-
tus in plebe exortus est.
Inter omnes autem duo
fratres , Primus , & Fe-
licianus , amore Dei
flagrantes , tā fide quām
ópere illius se agóni so-
ciarunt . Quos omnes
cōspirationē sanctā col-
léctos , mox ut vidit sæ-
vus ille Judex , ad deli-
brum duci præcépit : ut
ibi aut Diis immolárēt ,
aut mortem exciperent .
Ducti ergo ad prædic-
tum locum , cùm nullâ
vi ad sacrificandū com-
pélli possent , cæsis ca-
pitibus , ad corônā gló-
riæ feliciter pervenérūt .

¶. Stola jucunditatis.

pag. 114.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang. Si quis venit ad me.

Missa , In virtute. cum

Evang. Si quis venit ad me. ex Missa , Statuit ,

de commū. mart. pont.

DIE XXI. OCTOB.

In festo sanctorum Ursulæ , Cletæ , Amabi-
liæ , & Crescentiæ Vir-
ginum & Martyrum.
Duplex.

Omnia de communi
virginum: præter ea quæ
hīc habentur propria.

Ad Magnificat in utris-
que Vesperis , & Be-
neditus.

℣ Adducentur regi vir-
gines post eam.

℟. Proximæ ejus affe-
rentur tibi.

Antiphona. Prudentes
virgines aptate vestras
lampades : ecce sponsus
venit , exite obviam ei.

Oratio.

DA nobis , quæ-
sumus Domine
Deus noster , sanctorum
virginum & martyrum
tuarum Ursulæ , Cletæ ,
Amabiliæ , atque Cres-
centiæ palmas incessa-

bili devotione venerari : ut quas dignâ mente nō possimus celebrare, humilibus saltem frequenter obsequiis. Per Dominum nostrum.

Commem. S. Caprasii.
Deinde S. Hilarionis , ut in Breviario.

Et posteā sanctorum sociarum sanctæ Ursulæ. In Vesperis & Laudibus.

Antiphona. Istarum est enim regnum cœlorum, quæ contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni , & laverunt stolas suas in sanguine agni.

X. Gloria & honore coronasti eas Domine.

R. Et constituisti eas super opera manuum tua- rum.

Oratio.

INdulgentiam nobis , quæsumus Domine , beatæ Virgines & Mar-

tyres implorent : quæ tibi gratæ semper extiterunt , & merito castitatis , & tuæ professio- ne virtutis. Per Domi- num nostrum.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.
Ex Libro sancti Augu- stini Episcopi de sancta virginitate. Cap. 27.

Lectio IV.



ERGITE ,
virgines ,
Pérgite per-
severanter
in finem.

Laudáte Dóminum díl- ciùs , quem cogitátiis ubériùs. Speráte feliciùs , cui servítis instántius. Amáte ardéntiùs , cui placétis atténtiùs. Lum- bis accínditis , & lucér- nis ardéntibus , expec- tâte Dóminum quando véniat à núptiis. Vos

afferéatis ad nuptias agni
canticum novum, quod
cantábitis citharis vef-
tris. Non útique tale,
quale cantat univérsa
terra, cui dicitur : can-
tate Dómino canticum
novum, cantate Dómi-
no, univérsa terra ; sed
tale, quale nemo pôte-
rit dicere nisi vos. Sic
enim vos vidit in Apo-
calypsí quidam præ cæ-
teris diléctus agno, qui
discúmbere super pectus
ejus sôlitus erat, & bi-
berat & eructâbat mira-
bilia super Dei verbo.
Ipse vos vidit duodécies
duodéna millia sanctô-
rum citharaëdórum illi-
bâtæ virginitatis in cor-
pore, inviolatæ veritá-
tis in corde : & quia se-
quimini agnum quo cùn-
que ferit, scripsit ille de
vobis.

B. Propter veritatem.
pag. 72.

QUÓ ire putâmus
hunc agnum, quò
nemo eum sequi vel áu-
deat vel valeat nisi vos ?
Quò putâmus eum ire ?
In quos saltus & prata ?
Ubi, credo, sunt gran-
dia gáudia ; non gáudia
sæculi hujus vana, in-
sâniæ mendáces, nec
gaudia, quália in ipso
regno Dei cæteris non
virginibus erunt, sed à
cæterorum ômniū gau-
diórum sorte distincta.
Gáudia própria vírgi-
num Christi, nón sunt
éadem non virginum,
quamvis Christi. Nam
sunt aliis ália, sed nullis
talib. Ite in hæc, sequi-
mini agnum, quia &
agni caro útique virgo.
Hoc enim in se retinuit
auctus, quod matri non
abstulit concéptus &
natus. Méritò eum se-
quimini virginitate cor-

dis & carnis, quocunque ierit. Quid est eum sequi nisi imitari? Quod vovistis, ardenter facite cum potestis, ne virginitatis bonum à vobis pereat, cum facere nihil potestis ut redeat.

R. Dilexisti justitiam.

Pag. 73.

Lectio vi.

SI nuptias contempnisti filiorum hominum, toto corde amate speciosum formam praefiliis hominum. Vacat vobis: liberum est cor à conjugalibus vinculis: inspicite pulchritudinem amatoris vestri. Cogitate æqualem patri, in cœlis dominantem, & in terris serviéntem; creántem omnia, creatum inter omnia. Internis lumínibus inspicite vulnera pendéntis, cicatrices resurgentis, sanguinem moriéntis,

prétium credéntis, comérçum rediméntis. Hæc quanti valeant, cogitáte; hæc in statéra charitatis appéndite; & quidquid amoris nuptiis vestris impendéndum habebátis, illi repéndite. Toto vobis figátur in corde, qui pro vobis fixus est in cruce. Totum téneat in ánimo vestro, quidquid noluitis occupare connubio. Parùm vobis amare non licet, propter quem non amastis & quod licéret.

R. Afferentur Regi.

Pag. 74.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang. Simile erit regnum cœlorum decem virginibus. **Nona lectio S. Hilarius.** ex duabus fiat una. **In Laudibus, ad Benedictus, Vers. Antiph.** & **Oratio, ut in 1. Vesper.** Deinde

Deinde fit commemor. S. Hilarionis. Postea SS. sociarum S. Ursulae, ut in i. Vesper. Missa Loquebar: Orationes verò dicuntur in plurali, ut notatur in rubrica plurium virginum & martyrum in fine Missæ, Me expectaverunt. Epistola, De virginibus præceptum Domini, &c.

Fit comm. S. Hilario-nis; & deinde SS. sociarum S. Ursulae, Ora-tio, Indulgentiam.

Secreta, Hostias. Post-communio, Divini mu-neris, &c. ut in Missa Me expectaverunt: sed

hæc omnia in plurali.
DIE XXV. OCTOB.
In festo SS. Chrysanthi & Dariæ Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de communī plurim. mart. præterea quæ hæc sunt propria.

Oratio Beatorum Martyrum. ut in Breviario. Commemor. sanctorum Crispini & Crispiniani mart. Oratio Deus qui nos concedis.

In primo Nocturno. Lectiones de scripturâ occurrente.

In secundo Nocturno. Lect. 4. & 5. ut in Breviar. 6. ut sequitur.

Ex sancto Gregorio Turonensi.

Lib. i. miracul. cap. 38.
Lectio vi.



HYR-SAN-
THUS &
DARIA,

post accéptam martyrii corónam, multa pulis sanitatum beneficia tribuébant: & ob hoc étiam crypta super eos miro opere fabrícata est, in árcuum modo transvolúta. Cùm ad eórum festa populórum

M m

274 SS. Chrysanthi & Dariæ 25. Octob.
frequentatio confluxis-
set, iniquissimus Impe-
rator erectum in illius
cryptæ intróitu parie-
tem, conclusa multitú-
dine, jussit aëdem arénâ
ac lapidibus operiri;
factusque est désuper
mons magnus. Quæ
crypta diù sub hoc ve-
laménto permánsit o-
pérta, donec urbs Ro-
mána relictis idôlis,
Christo Dómino subde-
réatur. Jam procedénte
témpore nulli erat cōg-
nitus locus ipsius sepul-
tûræ, donec Dómino
Jesu revelante patefác-
tus est: cuius parte in
una loci, interpósito
pariete sepulcra Márti-
rum Chrysánthi & Da-
riæ segregata; parte in
ália, sanctórum reliquó-
rum cadávera in unum
sunt congregata.

¶ Tanquam aurum.
pag. 187.

In tertio Nocturno.
Homilia in Evang.
Cum audieritis prælia.
Pro SS. Crispino &
Crispiniano.
Lectio IX.
Ex eorum vita apud
Surium.



RISPINUS
& Crispini-
anus cū be-
áto Quin-
tino & só-
ciis à Románo Pontífi-
ce in Gállias missi,
Sueßiones venerút; ubi
cùm multos ad Christi
fidem converterent cō-
prehénsi, immánia tor-
ménta pertulérunt. Ac
primùm quidem jussu
júdicis ad tróchleas ex-
ténsi fustibus cæsi sunt;
deinde novo supplicii
génere confixi súbulis
per extrémos dígitos
ungues inter & carnem
immíssis, & detractis
è dorso péllibus laniati;

tum molis ad colla sus-
pensis in Axonam flú-

vium sunt demérsi , ex
quo tamen incólumes
evasére. Pósteà in plum-
bum fusum injécti , sed
semper illæsi , tandem
gládio necáti sunt. Ibi
sub eórum invocatióne
extrúcta est basilica , in
qua Clodobértus Chil-
perici Regis filius sepúl-
tus est. Horum cörpera
è crypta edúxit sanctus
Eligijs , eorumque tú-
mulum mirâ arte deco-
rávit.

In Laudibus & Missa
fit comm. SS. Crispini
& Crispiniani. Per
orat. ut in Missa, Sa-
pientiam. Missa propria
ut in Missali.

DIE XXVII. OCT.
In festo Translationis
sancti Vincentii Levitæ
& Martyris. Duplex.

Omnia de communi
unius Mart. præter ea

quæ híc habentur.

Oratio.

PRÆSTA , quæsumus
omnipotens Deus :
ut qui beati Vincentii
Martyris tui translatio-
nem colimus , interces-
sione ejus in tui nomi-
nis amore roboremur.
Per Dominum.

In primō Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.



PPRESSA
Valéntiæ
Hispaniæ, sub ímpio
Sarracenó-
rum dominátu , Chris-
tiánâ religióne : jacé-
bant ibidem in oblixió-
ne gloriöſi Mártyris &
Levítæ Vincéntii reli-
quiæ ; cùm Hildeberto
mônacho cónchitis de-
génti à Deo revelátus
est latens ille thesaurus,

Hunc itaque in somnis, anno Nativitatis Christi octingentésimo quinquagésimo quinto cœlestis vox allocuta est: surge, inquiens, perge Valéntiam Hispaniarū, & extrā muros hujus urbis sepúlcrum Vincentii mártiris, quod dñuti ejusdem templi rudéribus óbrutum, omni prorsus religiónis honore caret, diligenter inquire. Eam étenim Deo voluntátem esse scias, ut nóbilis hujus athlétæ Christi reliquiae in digniorem locum transfrantur.

R. Honestum fecit illum. pag. 113.

Lectio v.

Hildebertus somno solitus, volvens ánimo ea quæ dórmiens audierat, immíssam sibi divinitus revelationem agnóvit; remque totam

apéruit Audáldo ejusdem cœnobii mónacho. Deinde, impetrátâ Abbatis licéntiâ, in Hispánias ambo proficiscuntur. Verùm paulò post Hildeberto ob infirmam valetudinē cœptum iter dimittere coácto, Audáldus à propó sito non ideò defléctens, Valéntiam felíciter pervénit. Ibi cujusdā Mauri ope, apud quem comorátus est, spe mercédis adducti, sancti Vincentii sepúlcrum detéxit. Quod cum eodem Mauro invísens, intac tis infraetisque lapidibus probè tectum, & adhuc integrâ exarátâ in eis inscriptiōne repériit esse signátum. Apertum ab iis noctu sepúlcrum, repertumque in eo vas marmoreum miræ pulchritudinis, in quo sancti mártiris ossa

27. Octob. Translat. Sancti Vincentii.

277

quiescabant.

R. Desiderium animæ.

pag. 114.

Lectio vi.

Hoc divino munere locupletatus Audaldus Gallias repetit. Verum Cæsaraugustæ Episcopus sacras cujusdam sancti reliquias ab Audaldo clam deveneri monitus, eas per vim abstulit ab eo. Sed octennio post idem Audaldus è coenobio Castrénse, quod tunc Albiensis Episcopo subjecbat, & in quod se recuperat, Cæsaraugustam mittitur praefatas reliquias suscepturnus. Eas enim, procurante Salomonem Cerdaniensem Comitem, Hispaniarum Rex eidem cui eréptæ fuerant restitui jussit. Quæ susceptræ, pluribus fratribus coenobii Castrénensis concomitantibus, in

idem Castrénse coenobium translatae sunt: ubi retrò altare sancti Benedicti collocatae, de-
cus ingens huic Ecclesiæ, magnamque in universo regno celebritatem quamplurimis deinde saeculis praestiterit. Hujus sacri pignoris erépti sibi memor Ecclesia Valentina translationem in Gallias celebrat. Interventu Ludovici postea Francorum Regis eo nomine ostavi, beati martyris maxillæ particula monachis sancti Germanni à pratis fuit deinde concessa.

R. Stola jucunditatis.

pag. 114.

In tertio nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. cap. 10.

In illo tempore: dixit Jesus Discipulis

suis : Nihil est opertum
quod non revelabitur ;
& occultum , quod non
scietur. Et reliqua.

Homilia sancti Augus-
tini Episcopi.

Sermon. 275. & 276.

MAgnum Dómi-
nus testimónium
præbet téstibus suis ,
cùm ille qui rexit cor-
da certántium , nec cōr-
pora déserit mortuôrū ;
velut de hujus ipsius
beáti Vincéntii cōrpo-
re præclarissimum mirâ-
culum exhibuit ; ut id
quod inimicus omnínò
non apparére cupíerat ,
satégerat , fécerat , tam
præsénti nutu divino
proderétur , & religio-
siùs humandum vene-
randúmque demonstra-
réatur , ut viétricis pie-
tatis & devictæ impie-
tatis præclara in eo me-
mória perdurâret. Verè
pretiôsa in conspéctu

Dómini mors sanctórū
ejus : quando nec terra
carnis vitâ deserénte
contémnitur ; & invisí-
bili ânima de domo vi-
sibili discedénte , habi-
táculum servi curâ Dó-
mini custodítur , & in
gloriā Dómini à con-
fervis fidélibus honorâ-
tur.

Bz. Corona aurea , &c.
pag. 116.

Lectio VIII.

QUÓd verò tantâ
curâ servávit Dó-
minus Mártyris corpus ,
quid áliud demonstrâ-
vit , nisi se gubernâsse
vivéntem , quem non
relíquit exánimem ? Vi-
cit ergo Daciânum vi-
vens Vincéntius , vicit
& mórtiuus. Vivens tor-
ménta calcâvit , mórtiuus
mária transnatâvit.
Sed ipse inter undas gu-
bernâvit cadâver extin-
ctum , qui inter úngulas

5. Novemb.

Sanctæ Martianæ.

279

ánimum donávit invictum. Non flexit flamma tortoris cor ejus non mersit aqua maris corpus ejus. Sed in his & hujusmodi omnibus nihil est aliud, nisi pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

¶. Hic est verè martyr.
pag. 116.

Nona lectio & comm.
vigiliæ SS. Simonis &
Judæ in Laudibus &
Missa, in cuius fine
Evangelium de vigilia.
Missa, In virtute tua.
de commu. unius mart.
non pont. cum Evang.
Nihil est opertum, ut
in Missa, Lætabitur.

Vesp. de SS. Simone &
Juda. Apost. Comm. S.
Vincentii.

DIE V. NOVEMB.

In festo sanctæ Martia-
næ Virginis. Duplex
majus.

Omnia de communī
Virginum, præter ea
quæ hīc sunt propria.

Oratio.

F Ideles tuos, Do-
mine quæsumus, intercedente beatâ Marti-
anâ virgine tuâ, corpore pariter & mente
purifica: ut tuâ inspira-
tione compuncti, no-
xias mundi vitâre me-
reantur illécebras; & te
solum Deum toto cor-
de seftari. Per Domi-
num nostrum.

Comm. S. Caroli pont.
& oct. omnium sanct.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex vet. Legend. Alb.
 ARTIANA
apud Albi-
ses nōbili
génere na-
ta, téneris adhuc annis

paréntibus orbáta, à Po-
limio Albigénsi Episco-
po Társiæ religiosissimæ
virgini instituénda trâ-
ditur. In cuius sanctis-
sima disciplina, brevi
virtútibus ômnibus im-
bûta, sæculo renuntiá-
vit. In cœnôbio vitam
angélicam agens, ita
célebris evásit, ut de
ejus vita multi à viris
piis conscripti fuerint
commentafii, qui témo-
porum injuriâ jam pri-
dem interiére. Prophé-
tico spiritu afflata intér-
dum appáruit. Geórgii
germâni fratris procul
ab Albia degéntis con-
júgium cùm nunciaré-
tur, sibi longé ante di-
vinitùs revelátum fuisse
asséruit; è quo étiam
duas filias susceptúrum
fratrem, séque illarum
in Christo futúram ma-
trem prævidit.

Rc. Propter. pag. 72.

Lectio v.

VÁticínium vírgi-
nis probávit evén-
tus. Nam has aliquán-
do géminas neptes apud
se sanctissimè educávit;
atque adhuc adolescén-
tulas cœlo præmisit.
Mox ipsum Geórgium
ejúsque cónjugem ad
sanctiórem vivéndi for-
mam suâ óperâ tradúc-
tos, & paulo post mórtuos,
in cœlo patrónos
habére meruit, quorum
salútis in terra pia füe-
rat adjútrix. Tunc ve-
hementiôri in dies cœ-
pit cœlestis desidério
beatitúdinis inflammári.
Tandem intrà paucos
dies ardentissimâ febri
exháusto córpore, le-
thalique pallôre, ac
squalore deformis, jú-
giter orans, pristinæ
demùm réddita pulchri-
tudini, spíritum sub-
candidæ columbæ spe-
cie

5 Novemb.

Sanctæ Martianæ.

281

cie feliciter emisit.

B. Dilexisti justitiam.

pag. 73.

Lectione VI.

M Ultis post mortem cláruit miráculis. Illud in prīmis celebratum est. Insóntem uxōrem vir adulterii accusáverat apud júdicē , cuius jussu pro more illius témporis ab Ecclésia utcūque tolerāto , super novem ignitos vómeres nudis pédibus illæsa incédens , his quidem qui áderant innocentiam probavit , sed non viro. Cui ut tandem satisfaceret pia uxor , cùm super reliquias diuiae Martiánæ étiam illæsa jurâsse , vir furôre & dæmone péritus , in honorem Virginis turpissimè debacchátus , uxōrem stricto gládio perséquitur usque in sacram ipsius ædem. Ve-

rùm inter persequendum id divinitus accidit , ut glâdium è manib⁹ décidens in frusta fuerit cōminutus. Tum Episcopi jussu constrictus caténis, beatæ Martiánæ intercessione ab immâni zelotypia , & ab ipso étiam dæmone liberatus , errórem suum confessus est. Sacrum Virginis corpus Albiæ cólitur in Ecclésia ipsi dicata.

B. Afferentur Regi:

pag. 74.

In tertio Nocturno.

Lectione sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectione VII. cap. 25.

IN illo tempore : dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cœlorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas , exierunt obviam sponso & spon-

N n

sæ. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis
Chrysostomi.

Lib. de virginitate.

Virginitatis labor & nobis & hæréticis par est ; labórum fructus impar. Illos & vincula , & lácrymæ manent ; nos Angelorum domicilia : & quod bonorum ómnium caput est , sponsi consuetudo. Bonum est virginitas ? Matrimónio mélior. Et si placet, quantò étiam mélior sit , addam : quantò cœlum terrâ , quantò hominibus Angeli : imò étiam amplius. Humânum genus natûrâ beâtis illis cedens , vires suas urget, eisque æquári summâ ope nítitur. Quo pæto ? Nec ducunt uxores Angeli , nec ducuntur ? At nec virgo. Assistunt perpétuò ac mi-

nistrant Deo ? Itidem & virgo. Quare Paulus eas ab omni sollicitúdine arcet , ut affiduæ sint & indivisæ. Vides virginitatis decus ? Mortales Angelorum æmulos reddit.

R. Hæc est virgo. pag
233.

Lectio VIII.

Virginis domuncula turbis libera est , quasi in tranquillo quodam portu , ómnia interiôra ejus siléntium custódit ; & siléntio major ánimum serénitas : quippè nihil humánum tractântem , sed affiduè cum Deo colloquéntem , atque in eum fixè contuéntem. Et quis eam voluptátem metiatur ? Quæ oratio mentis sic afféctæ latiâ repræsentet ? Equidem nulla : sed ii soli qui in Deo delicias fa-

ciant, eárum magnitúdinem tenent. At non vis in cœlum spectâre? Atque híc quid dicam nescio. Nec video cur omne penè hōminum genus; cùm facile ac jucundè oblectâri ilceat, in sollicitudine, distraetiōne, atque curis potissimum gáudeant. Et quid, velut in omnem ætatem híc mansuri, ita in eárum rerum studio à quibus sæpè ad vésperā desciscéndum sit, summâ ope nítimur?

B. Media nocte. pag.

234.

Lectio ix.

Quid verò, si & virgo de multis laboret, atque humána curet? Virginum choro eam exemeris. Siquidem ad virginem præstàndam haud sanè satis est non nupsisse, sed animi quoque castitatem

opus est. Castitatem autem intelligo, non fœdâ ac flagitosâ solùm libidine, ornátu, curiositatē vacare, sed virtutem etiam curis solitam esse ac liberam. Quod ni sit, quorsum corporis castitatem? Nam, ut milite qui abjectis armis in popinis occupetur, nihil turpius: ita nec virgine virtutem curis obstricta, quicquam inhonestius. Quinque illae & lucernas habébant, & virginitatem exercuerant: quorum nihil eis profuit; sed clausis foribus exclusæ perierunt.

Te Deum.

*In Laudibus & Missa
comm. oct. Missa Di-
lexisti.*

*In secundis vespere
comm. SS. Patronorum
Diœcesis & Provinciæ
Albiensis.*

Antiphon. Oculus non

N n ii

284 SS. Patronorum Dicecesis. 6. Novemb.
vidit, nec auris audivit,
nec in cor hominis af-
cendit, quæ præparavit
Deus iis qui diligunt
illum.

X. Gloria & honore co-
ronasti eos Domine.

XI. Et constituisti eos su-
per opera manuum tua-
rum.

Oratio.

D Omine Deus no-
ster, multiplica
super nos misericordiam
tuam, & quorum cele-
bramus gloria solem-
nia, tribue consequi in
sancta professione læti-
tiam. Per Dominum.

Comm. octavæ, & S.
Leonardi Confessoris.
Oratio, Adesto Domi-
ne. de communi conf.
non pon.

DIE VI. NOVEMB.
In festo sanctorum Pa-
tronorum Dicecesis &
Provinciæ Albienfis.

Duplex.

Omnia ut in festo om-
nium sanctorum, præ-
ter ea quæ hic sunt pro-
pria.

Ad Matutinum.

Hymnus.

S I T lingua, sit vox
multiplex;
Cantus nec unus suffi-
cit:

Tot sint chori quot cœ-
lites
Nobis patronos dat
Deus.

M undi procellis liberi
Portus beatos occupat.
Salute certi de sua,
Nostræ saluti consulit.
Quam pura, qui te pos-
sident,
O Christe, libant gau-
dia!

His nunc tibi qui ser-
viunt.

Hæc ipsa confer præ-
mia.

T unc os ad os, tu qua-
lis es,
Quantusque sis, videbi-
mus:

Amabimus te jugiter,
Te jugiter laudabimus.
AETERNE tu Verbi Pater,
ÆTERNE Fili, par Patri,
Et par utique, Spiritus,
Tibi, Deus, sit gloria.

Amen.

In primo Nocturno.

De Libro Apocalypsis
beati Joannis Apostoli.

Lectio 1. cap. 21. 22.



T audívi
vocē mag-
nā de thro-
no dicén-
tem : Ecce
tabernáculum Dei cum
homínibus, & habitá-
bit cum eis. Et ipsi pó-
pulus ejus erunt, & ip-
se Deus cum eis erit eó-
rum Deus. Et abstérget
Deus omnem lácymā
ab óculis eórū : & mors
ultrà non erit, neque lu-
etus, neque clamor, ne-
que dolor erit ultrà, quia
prima abiérunt. Et dixit
qui sedébat in throno :

ecce nova fácio ómnia.
Et dixit mihi : scribe,
quia hæc verba fidelissi-
ma sunt, & vera. Et
dixit mihi : factum est.
Ego sum Alpha & Omé-
ga, initium & finis. Ego
sitiénti dabo de fonte
aquæ vivæ gratis. Qui
vicerit, possidébit hæc,
& ero illi Deus, & ille
erit mihi filius. Tímidis
autem & incrédulis, &
execrátis, & homicídias,
& fornicatóribus, & ve-
néfícis, & idolólatris,
& ómnibus mendáci-
bus, pars illórum erit
in stagno ardénti igne
& sulphure : quod est
mors secúnda.

R. Vidi Dominum se-
dentem super solium ex-
célsum & elevatum : &
plena erat omnis terra
majestate ejus : * Et ea
quæ sub ipso erant, re-
plebant templum.

R. Seraphim stabant su-

286 SS. Patronorum Diœcesis. 6. Novemb.
per illud : sex alæ uni , cerna ejus , est agnus.
& sex alæ alteri. Et ea.

Lectio II.

ET venit unus de septem Angelis habéntibus phialas plenas septem plagis novissimis , & locutus est mecum , dicens : veni , & osténdam tibi spontam , uxorem agni. Et sustulit me in spíritu in montem magnum & altum , & osténdit mihi civitatem sanctam Jerúsalem descendéntem de cœlo à Deo , habéntem claritatem Dei : & lumen ejus simile lápidi pretioso tanquam lápidi Jáspidis , sicut crystállum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnípotens templum illius est , & agnus. Et civitas non eget sole , neque lunâ , ut lúceant in ea. Nam cláritas Dei mendácium , nisi qui illuminávit eam , & lu-

cerna ejus , est agnus. **R.** Beata es Virgo Ma-
ria , Dei genitrix ; quæ
credidisti domino : per-
fecta sunt in te quæ di-
cta sunt tibi : ecce exal-
tata es super choros An-
gelorum : * Intercede
pro nobis ad Dominum
Deum nostrum.

V. Ave Maria , gratia
plena : Dominus tecum.
Intercede.

Lectio III.

ET ambulábunt gen-
tes in lúmine ejus:
& Reges terræ áfferent glóriam suam & honórem in illam. Et portæ ejus non claudéntur per diem : nox enim non erit illic. Et áfferet glóriam & honórem géntium in illam. Non intrabit in eam aliquid coinquinátum , aut abominationem faciens & scripti sunt in libro vitæ

agni. Et omne maledic̄tum non erit amplius : sed fedes Dei & agni in illa erunt , & servi ejus servient illi. Et vidēbūt faciem ejus : & nomen ejus in frōntibus eōrum. Et nox ultrā non erit : & non egēbunt lūmīne lucērnæ , neque lūmīne solis , quōniam Dōminus Deus illuminabit illos , & regnabunt in sēcula sēculōrum.

R. In conspectu Angelorum psallam tibi : * Et adorabo ad templū sanctum tuum , & confitebor nomini tuo Domine.

V. Super misericordia tua , & veritate tua : quoniā magnificasti super nos nomen sanctum tuum. Et adorabo. **Gloria Patri.** Et adorabo.

In secundo Nocturno.
Sermo sancti Augustini
Episcopi.

QUanta erit illa felicitas , ubi nullum erit malum , nullum latēbit bonum , vacabitur Dei láudibus , qui erit ómnia in ómnibus ? Nam quid aliud agātur , ubi neque ullā desidiā cessabitur , neque ullā indigētiā laborabitur , néscio. Admóneor étiā sancto canticō , ubi lego , vel áudio : Beati qui hábitant in domo tua Domine , in sēcula sēculōrum laudabūt te. Omnia membra & viscera incorruptibilis corporis , quae nunc vidēmus per usus necessitatis vários distributa , quoniā tunc non erit ipsa necéssitas , sed plena , certa , secūra , sempitērna felicitas , proficient in láudibus Dei.

R. Præcursor Domini
venit, de quo ipse tes-
tatur: * Nullus major
inter natos mulierum
Joanne Baptista.

X. Hic est Propheta, &
plus quam Propheta, de
quo Salvator ait: Nul-
lus major.

Lectio v.

Vera ibi glória erit,
ubi laudantis nec
erróre quisquam, nec
adulatiōne laudabitur.
Verus honor, qui nulli
negabitur digno, nulli
deferetur indigno: sed
nec ad eum ámbiet ullus
indignus, ubi nullus
permittetur esse nisi dig-
nus. Vera pax, ubi ni-
hil advérsi, nec à seip-
so, nec ab álio quisquā
patiétur. P्रœmium vir-
tutis erit ipse qui virtu-
tem dedit, eiique seip-
sum, quo melius & ma-
jus nihil possit esse, pro-
misi. Quid est enim á-

liud quod per Prophé-
tam dixit: Ero illorum
Deus, & ipsi erunt mihi
plebs; nisi, ego ero
unde satientur: ego ero
quæcumque ab hominib-
us honeste desideran-
tur, & vita, & salus,
& viētus, & copia, &
glória, & honor, &
pax, & omnia bona?
Sic enim & illud recte
intelligitur, quod ait
Apóstolus, ut sit Deus
omnia in omnibus.

R. Iſti sunt qui viventes
in carne, plantaverunt
Ecclesiam sanguine suo:
* Calicem Domini bi-
berunt, & amici Dei
facti sunt.

X. In omnem terrā exi-
vit sonus eorum, & in
fines orbis terræ verba
eorum. Calicent.

Lectio vi.

Ipsæ finis erit deside-
riorum nostrorum qui
sine fine vidébitur, sine
fastidio

fastidio amabitur , sine carne positi certamen fatigatiōne laudabitur. habuistis. * Mercedem Hoc munus , hic affec-
tus , hic actus profecto erit omnibus , sicut ipsa vita æterna , communis. Atque id etiam beata civitas illa magnum in se bonum vidēbit , quod nulli superiori ullus inferior invidēbit , sicut nunc non invident Archangelis Angeli cætri : tamque nolet esse unusquisque quod non accépit , quamvis sit patatissimo cōcordiæ vinculo ei qui accépit obstrictus , quām nec in corpore vult oculus esse qui est digitus , cùm membrū utrūque contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habēbit donū alius alio minus , ut hoc quoque donum hábeat , ne velit amplius.

S. Sancti mei , qui in

Venite benedicti Patris mei , percipite regnum. Mercedem laboris. Gloria Patri. Mercedem laboris.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii. cap. 6.
In illo tempore: Descendens Jesus de monte , stetit in loco campestri , & turba Discipulorum ejus , & multitudo copiosa plebis ab omni Iudea , & Jerusalēm , & maritima , & Tyri & Sidonis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 5. in Lucam.
V Ide igitur ordinē. Opōret te páuperem fieri sp̄iritu. Hu-
O o

militas enim sp̄iritūs, divitiae virtutum sunt. Nisi pauper fueris, militis esse non poteris. Qui misericordia est, potest lugere præsentia. Qui inferiora luget, potest desiderare meliora. Qui superiora querit, inferiora devitat, ut & ipse à superioribus adjuvetur. Qui miseratur, cor suum mundat. Quid est enim mundare animum, nisi sordem mentis ablueret? Eleemosina enim à morte liberat. Patiētia vero, perfectio est charitatis. Qui autem patitur persecutionem in ultimo certamine constitutus, probatur adversis: ut, cum legitimè certaverit, coronetur. Hos quidam gradus volunt esse virtutum, per quos ab ultimis ad superiora possimus ascendere.

P. Sint lumbi vestri

præincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominū suum quando revertatur à nuptiis. **X.** Vigilate ergo, quia nescitis quā horā dominus vester venturus sit. Et vos.

Lectio VIII.

Denique sicut incrementa virtutum, ita etiam sunt incrementa præmiorum. Plus est enim Dei esse filium, quam possidere terram, & consolationem mereri. Sed quia & primum præmium regnum cœlorum est, & ultimum præmium regnum cœlorum est, nunquid æquale præmium incipientibus, atque perfectis est? Ne forte mysticè docemur, quia est primum regnum cœlorum illud. Apostoli-

cum ; dissolvi , & esse
cum Christo ? Habes
primum regnum , quan-
do sancti rapiuntur in
nubibus obviā Christo
in aera. Multi enim dor-
miētum surgent , isti
in vitam aeternam , illi
in opprobrium. Primū
ergo regnum cœlorum
sanctis propōsitum est in
absolutiōne corporis.
Secundum regnum cœ-
lorum est , post resurrec-
tiōnem esse cum Chris-
to. Cum fueris in regno
cœlorum , tunc procē-
sus est mansiōnum : &
si unum regnum , divēr-
sa tamen mērita sunt in
regno cœlorum.

R. Media nocte clamor
factus est : * Ecce spōsus
venit , exite obviam ei.

* Prudentes virgines
aptate vestras lampades.
Ecce sponsus. Gloria
Patri. Ecce.

Pro sancto Leonardo.

Lectione IX.

Ex ejus vita apud Sur.



EONAR-
DUS , illū-
stri ortus
génere , à
Clodovæo

magnō è sacro fonte sus-
céptus , in disciplinam
sancti Remigii se trādi-
dit. A Rege in aulam
accitus , solitariam vitam
oblatis honōribus &
dignitatibus ecclesiastici-
cis antepōsuit. Aureliá-
nos itaque profectus ,
apud Maximinum ab-
bātem , sanctitatis famā
tum célébrem , aliquān-
diu unā cum fratre Li-
fārdō commorātus est.
Iude ambo egrēssi ; Li-
fārdus quidem , Magdū-
num ; ipse vero , divinā
revelatiōne admónitus ,
in agrum Lemovicén-
sem se contulit ; ubi ex-
strūcto monastériō , mul-
tos ex cognatis & fami-

O o ij

liáribus ad idem vitæ institútum addúxit. Demùm piis opéribus , ac præcipue summâ in captivis liberándis virtûte clarus , ex hac vita in cœlestem migrávit. Ad ejus sepûlcrum plûrima édita sunt mirácula.

Te Deum.

Ad Laudes.

Capitulum. Prov. 2.

Custodiet Domi-
nus rectorum sa-
lutem , & prôteget gra-
dientes simpliciter : ser-
vans fémitas justitiæ , &
vias sanctorum custo-
diens.

Hymnus.

Cœlo quos éadem
gloria cónsecrat ,
Térassis vos éadem con-
célebrat dies ,
Læti vestra simùl præ-
mia pángimus ,
Duris parta laboribus.
Jam vos pascit amor ,
nudaque veritas ;

De pleno bíbitis gaudia
flumine ;

Illic perpetuam mens sa-
tiat sitim

Sacris ebria fontibus.

Altis secum hábitans in
penetalibus ,
Se Rex ipse suo contíui-
tu beat ,

Illabensque , sui pródi-
gus , intimis

Se se mentibus inserit.

Altari medio, cui Deus
insidet ,

Agni fumat adhuc in-
nócius crux ;

Quae mactata semel se
dedit hostia ,

Se se júgiter immolat.

Sit laus summa Patri ,
summâque Filio ,

Sit par sancte tibi laus
quoque Spiritus ,

Qui das pro meritis óp-
timus árbiter ,

Te totum simùl om-
nibus. Amen.

X. Gloria & honore co-
ronasti eos Domine.

6 Novemb. SS. Patronorum Diœcesis. 293

R. Et constituisti eos super opera manuū tuarū.

Ad Benedictus.

Antiph. Venite benedicti Patris mei , possidete parátum vobis regnum á constitutióne mundi.

Oratio. Domine Deus.

ut suprà. pag. 284.

Commemoratio oct. & S. Leonardi. Missa,

Sa-
pientiam sanctorum. ne
communi plurim. mart.
cum dictis duab. comm.

Vesp. dup. de S. Ama-
rando martyre. Oratio,

Præsta quæsumus omni-
potens Deus , ut in-
tercedente. de communi
unius mart. Commem.

SS. Patronorum.

Antiphona. Filii sanc-
torum sumus ; & vitam
illorum expectamus ,
quam Deus daturus est
his qui fidem suam nun-
quam mutant ab eo.

X. Gloria & honore. &c.

Oratio. Domine Deus.

ut suprà. pag. 284.

Deinde commem. oct.

& posteâ S. Quintini

mart. Oratio. Præsta

quæsumus omnipotens

Deus , ut qui. de com-

muui unius martyris.

DIE VII. NOVEM.

In feto sancti Amaran-

di Martyris. Duplex

majus.

Omnia de communi
unius Mart. præter ea
quæ hic habentur.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex sancto Gregorio
Turonensi.

Lib. 1. miracul. cap. 57.

Leccio iv.



MARANDUS
martyr apud
Albiensem
urbem exá-
cto agónis
fidélis cursu , sepultus
vivit in glória. Cujus ,

ut história passiōnis declarat, sepúlcrum diù vé-
pribus sentibúsque contéctum látuit. Sed Dó-
mino jubénte Christiá-
nis pópolis revelátum
est , & crypta in qua
quiescébat patefacta res-
plénduit. Sed cùm ho-
stilitáte impellénte lo-
cus ille ab habitatóribus
fuisset evacuátus , à lon-
ginquo veniéntes inco-
læ , honórē beáto Már-
tyri , quasi custódi pró-
prio , nitebántur impén-
dere.

R. Honestum fecit illū.

pag. 113.

Lectio v.

Igitur cùm céreos fre-
quénter devótio chri-
stiána deférret ; quâdam
die cóntigit , ut quidam
præ longinquitáte iti-
neris , incrementum ig-
nis , quo accenderétur
céreus , non habéret ,
arreptúmque sílicē fer-

ro vérberat , quasi ignem
eliciturus. Quod dum
ágeret , & crebris icti-
bus lápidem quátiens
nihil foci posset excute-
re ; cœlesti lámpade cé-
reus , qui jam beáto se-
púlcro affixus erat , il-
luminátur. Sicque fac-
tum est , ut quæ humá-
næ non expléverant in-
dústriæ , perageréntur
divini Núminis majestá-
te.

*R. Desiderium animæ.
pag. 114.*

Lectio vi.

Cessante humáno
stúdio , cœlestia
officia ministrántur ; lu-
minisque novi fulgore
céreus clarificátur ac-
census. Quod cùm pó-
poplis manifestatum fuisset , increméntum foci
ultérius ad accendéndū
lumen nullus exhibére
præsumpsit. Postquam
verò locus ille inhabitá-

ri ab hominibus assiduè cœpit, atque ibi domus, in quibus ignis accenderetur, adéssent; hoc miraculum non est ultrà præstatum plebi; cùm alijs miraculis frequenter illustretur.

R. Stola jucunditatis.

Pag 114.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii cap. 16.

In illo tempore: dixit Jesus Discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crux suam, & sequatur me. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii

Papæ.

In cap. 9. Luc.

Nec sufficit nostra relinquare, nisi relinquamus & nos. Quid est quod dicimus, relinquamus & nos? Si enim

nosmetipos relinquis, quò ibimus extrà nos? Vel quis est qui vadit, si se deseruit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi: aliud quod fecimus, aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipos quales peccando nos fecimus, & maneamus nosmetipsi quales per gratiam facti sumus. Ecce étenim qui superbus fuit, si conversus ad Christum humilis factus est, semetipsum relinquit. Si luxuriosus quisque ad continentiā vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire jam desit, & largiri dicit propria qui prius aliena rapiébat, procul dubio semetipsum relinquit. Ipse quidem est per naturam, sed non

est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est: Verte impios, & non erunt. Convérsi namque impii, non erunt; non quia non erunt omnino in essentia, sed scilicet non erunt in impietatis culpa.

R. Corona, pag. 116.

Lectio viii.

Tunc ergo nosmet ipsos relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus, cum mutamus quod per vetustatem fui- mus, & ad hoc nítimur quod per novitatem vocámur. Pensémus quómodo se Paulus abnegáverat, qui dicébat: vivo autem jam non ego. Extinctus quippe fuerat sævus ille persecútor, & vivere cœperat pius Prædicátor. Si enim ipse esset, pius profectò non esset. Sed qui se vivere dénegat,

dicat unde est quòd sancta verba per doctrinam veritatis clamat. Prótinus subdit: vivit vero in me Christus. Ac si apérte dicat: ego quidem à memetipso extintus sum, quia carnaliter non vivo: sed tamen essentiáliter mortuus non sum, quia in Christo spiritáliter vivo. Dicat ergo veritas, dicat: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum; quia nisi quis à semetipso deficiat, ad eum qui super ipsum est, non appropinquat.

R. Hic est, pag. 116.

Pro sancto Quintino.

Lectio ix.

Ex ejus actis apud Sur. **Q**UINTINUS Maximiáno & Diocletiano Imperatoribus, Româ in Gálias



7. Novemb. Sancti Quintini.

297

liæs , venit Christi fidē prædicatūrus. Quod cùm Ambianis perficeret , à Rictio Varo ex quisitis tormentis cruciatus ; deinde apud Augústam Veromāduórum duábus súdibus férreis à cervíce usque ad crura transfixus , postrémò cápite truncátus est. Corpus ejus in Suminā projéctum Eusébia pia mülier post annos quinquaginta quinque , revelante Angelo , invénit ; statimque oculorum usum , quo dudum fuerat orbáta , recupéravit. Illud in monte sepelívit proptèr urbem ; facellúmque tumulo superstrúxit. Ignorántibus pósteris quo in Ecclésiæ loco jacéret , Eligio Deus patefecit : qui de terra sublátum corpus piè osculátus , dentes è maxilla in lan-

guéntium medélam ábstulit , tumque ex dentis radice sanguinis gutta stillávit. Deinde pállio holo-sérico obvolútum corpus , ponè altáre condidit ; tumulúmque , miro ópere , ex auro , argénto & gemmis désuper fabricávit.

T e Deum:

In Laudib⁹ & Missa
commemoratio octavæ
& S. Quintini. Missa.
Lætabitur. Evang. Si
quis vult. ex Missa Sa-
cerdotes. de commun.
unius mart. pont.

In secundis vesperis
fit comm. diei octavæ
omnium sanctorum ut
in primis vesp. festi ,
ac SS. quatuor corona-
torum martyrum. ut in
Breviario.

DIE X. NOVEMB.
In festo S. Amantii
Episcopi Ruthenensis.
Semiduplex.

Pp

Omnia de communi férvidis cohortatióni-
conf. pontif. præter ea bus, tūm sanctæ vitæ
quæ hic habentur.

Oratio. Exaudi. Com-
mem. SS. Triphonis &
Soc. Martyrum. ut in
Breviatio.

In primo Nocturno.
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex vet. Legend. Ruthen. & Albien.



M A N T I U S
à primævo
ætatis flore,
abruptis sæ-
culi láqueis
militiā Christi secūtus,
patientiæ, ac fortitudi-
nis, præsertimque fidei
præsidio munitus, mira
prorsùs in Dómini fa-
mulátu operátus est. Vi-
dens itaque Ruthénos
magna adhuc ex patre
profánis idololatriæ ri-
tibus implicátos, tūm

exémplo, tūm máxi-
mè miraculórum magni-
tudine id tandem ef-
fécit, ut cívitas Ru-
thenénsis & circumjéc-
ta régio, abjéctis dæ-
monum simulácris,
unius summi Dei cul-
tum amplecterétur.

P. Inveni David. pag.
69.

Lectio v.

Collécto igitur gre-
gi datus ex Dei
nutu, & Sacerdotálī
ordinatióne primus Paſ-
tor & Episcopus, non
modo se tanto múnere
parem exhibuit; sed &
fuscéptæ dignitati no-
vum decórem adjécit.
Apostólico spíritu ani-
matus, dirutis profánis
delúbris, eversisque dæ-
monū simulácris, Chris-
ti trophæa ubique erige-
re aggréssus est. Cum

10. Novemb.

Sancti Amantii.

299

que ad famosum quod-dam idolum, in ipsa ci-vitate Ruthéna, nume-rósus fieret infidélium concúrsus, nec ullis increpationibus illos sanc-tus Præsul ab ejusmodi impietate abducere pos-set; quinimò ejus mó-nitis efferáti, necem illi inférre moliréntur; pré-cibus ab eo fusis, re-pentino fulminis iactu si-mulárum córruit, & in partes plúrimas con-fráctum circumquáque magno procéllæ ímpetu dispérgitur.

R. Posui adjutorium.

pag. 70.

Lectio vi.

Tanto miráculo at-tónita turba, pra-vis surperstitionibus eju-rátis, Christo se subdit; ejúsque fidem ampléc-tens, sancti Episcopi mórita, & documénta auscultat. Nec semel

tantum vir beatus simi-le discri-men incúrrit, dum in áliis locis dæ-monum habitácula di-rúere, & pópulum in-fidélem ad verum divi-nitatis cultum conátur redúcere. Sed non étiā hac una vice à pericu-lis máximis divinâ vir-tute liberátus: magnum inde tulit devictæ impietatis triúmphū. Quibus tandem conspicuus, fi-deique méritis, & opé-ribus justitiæ ditátus, clarusque miráculis, beata morte ad vitam immortálem translátus est.

R. Iste est. pag. 70.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium:

Vigilate. Nona Lectio

SS. Triphonis & Soc.

martyrum. ut in Brev.

In Laudibus & Missa

comm. corumd. mart.

Missa Sacerdotes.

P p ij.

DIE XIII. NOVEM.
In festo sancti Dalmatii
Episcopi Ruthenensis.

Semiduplex.

Omnia de communī
Confessoris Pontificis,
præter ea quæ hīc ha-
bentur.

Oratio. Da quæsumus.

In primo Nocturno.

Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex S. Gregorio Turo-
nenſi, & vet. Legend.
Ruthen. & Albien.



O STQ U AM
ejectus è RU-
thēno beā-
tus Quintiá-
nus, Arver-
nórū, apud quos exulá-
bat, post beāti Euphrásii
decéssum, Episcopus
creatus fuisset; commū-
nibus votis, Dalmátius
in ejus locum Ruthénæ
sufféctus est, ubi om-

nes óptimi Pastóris par-
tes explévit, divīnis
contemplationibus, je-
juniis, & vigiliis assi-
duè vacans. Erga páu-
peres ac ïnopes ádeò
fuit miséricors, ut eos
non solùm pecúniam, sed
& óperâ, & labôre, &
consilio juvaret. Eā dé-
niq'ue prudéntiâ, & san-
ctitatis laude munus E-
piscopále gessit, ut in
ómniū ore & admira-
tione esset, ipsiusque
Amalarīci Regis Go-
thórum ánimū sibi má-
ximè conciliáret.

R. Inveni David. pag.

69.

Lectio v.

Q Uamvis enim ip-
se Amalarīcus,
hæresis Ariánæ fautor,
& fidei Cathólicæ in-
fensissimus hostis, Epis-
copos orthodóxos vá-
riis ubique modis dive-
xaret, ipsum tamen Dal-

13. Novemb.

Sancti Dalmatii.

301

Lectio vi.

mátiū mirificè coluit,
& ad se accédētem ho-
norificé semper excé-
pit. Ad hoc máximè
côntulit miraculum in
ómnium oculis à Dal-
matio patrátum. Cùm
enim aliquando vir san-
ctus Narbónam , ubi
tunc Amalaricus degé-
bat , accessisset , & quâ-
dam die ante fores cár-
ceris, in quo captivi plú-
rimi detinebântur , per-
transiret , acerbam mi-
serórum illorum vicem
dolens , pro eorum li-
beratiōne preces ad Deū
effudit ; quarum virtute
prótinus è manib⁹ pe-
diguisque captivorum
vincula dissiluerunt ,
effractisque virtute di-
vinâ cáceris fórib⁹ ,
omnes libertate donati
sunt.

R. Posui adjutorium su-
per potentem , &c.

Pag. 70.

M Irum prætérea.
Dalmátius in dæ-
mones exercébat impé-
rium , quos vel tacitè ,
prece ad Deum fusā ,
vel etiā absens ab ob-
fessis expellébat corpô-
ribus. E Concilio Au-
relianénsi quarto dum
rediret , in oppido Bri-
vaténsi apud Arvérnos ,
suis précibus hominem
è patibulo per plures
horas pendéntem , ne
lâqueo suffocaretur , à
Deo impetrâvit. His &
aliis miraculis à Dalmá-
tio éditis permotus The-
odebertus Rex Francó-
rum , in ipsius Antisti-
tis gratiā plúrima bo-
na Ecclésiæ Ruthénen-
si côntulit. Quam cùm
sexaginta quinque annis
sanctissimè gubernasset ,
feliciter obdormivit in
Dómino , & honorificè
Ruthénæ sepultus est.

Multis post óbitum miraculis à Deo clarificari mérit. Illudque præcipuum refert Gregórius Turonénsis ; quo scilicet malédicus quidam Cléricus defuncti sancti Præsulis nomen conviciis & obtrastationibus dilacerans, in medio convivio divinitus percussus, repentinâ morte corréptus est.

R. Iste est. pag. 70.

*In tertio Nocturno.
Homilia in Evangeliū,
Homo peregrè proficiscens. Missa, Statuit.*

DIE XIV. NOVEM.

In festo sancti Didaci Confessoris. Semidup.

*Omnia ut in Breviat.
die 13. hujus.*

DIE XXI. NOVEM.

In Vigilia S. Cæciliæ.

Officium fit de Præsentatione Beatæ Mariæ Virginis. Duplex maj. Nona lectio de vigilia.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio ix. Cap. 19.

IN illo tempore : accesserunt ad Jesum Pharisei, tentantes eū , & dicentes : Si licet homini dimittere uxorem suam , quacumque ex causa ? Et reliqua. Homilia sancti Augustini Episcopi.

Lib. de sancta Virginitate, Capp. 29. & 30.



GNUS grāditur itinere virginali ; vos ergo ite post eum virgines ejus. Vidébit vos cætera multitudo fidélium, quæ agnum ad hoc sequi non potest. Vidébit , nec invidébit ; & collætando vobis, quod in se non habet , habébit in vobis. Nam & illud canticum novum próprium vestrum dicens non pō.

21. Novemb. **Vigil. Sanctæ Cæciliæ.** 303

terit; audire autem pô-
terit, & delectari vêstro
tam excellénti bono.
Agnus ille, quem vos
quocumque ferit sequi-
mini, nec eos déseret
qui eum quod vos non
valent sequi. Omnipot-
tèntem agnum lóquimur.
Præsumite itaque,
fidite, roborámini, per-
manéte, qui vovétis &
rédditis Dómino Deo
vestro vota perpétuæ
continéntiæ, non prop-
ter præsens sæculum, sed
propter regnum cœló-
rum. Vos étiam qui hoc
nondùm vovistis, qui
potéstis cápere, cápite;
perseveránter currите,
ut comprehendátis.

Te Deum.

**In Laudibus & Mis-
sa sic commemoratio vi-
giliae.**

Oratio.

Sanctæ martyris tuæ
Cæciliæ Domine in Ecclésia Sanctorum.

supplicationibus tribue
nos soveri: ut cuius
venerabilem solemnita-
tem prævenimus obsé-
quio; ejus intercessioni-
bus commendemur. Per
Dominum nostrum.

**In Eccles. Metropolit.
& Collegiatis, post
Tertiam dicitur Missa
solemnis de festo Præ-
sentationis; & post Non-
nam de vigilia, ut sequi-
tur.**

**A D M I S S A M.
I N T R O I T U S.**



E expecta-
verunt pec-
catores ut
pérderent
me: testimonia tua Do-
mine intellexi: omnis
consummationis vidi fi-
nem, latum mandatum
tuum nimis.

Psalmus.

**Cantate Domino can-
ticum novum, laus ejus
Domine in Ecclésia Sanctorum.**

Gloria Patri , &c.

**Oratio. Sanctæ Martys
ris tuæ , &c. ut supræ.**

Epistola. Fratres : scientes , quia hora est. ut in Dominica prima Adventus.

Graduale.

Adjuvabit eam Deus vultu suo : Deus in me-
dio ejus non commove-
bitur.

¶. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei:
sanctificavit tabernacu-
lum suum altissimus.

Evangelium. Accesserunt ad Jesum Pharisæi tentantes eum. ut in festo S. Agathæ die 5. Februarii.

Offertorium.

Diffusa est gratia in labiis tuis , propterea benedixit te Deus in æternum , & in sœcu-
lum sœculi.

Secreta.

Suscipe , Domine , sacrificium placatio-
nis & laudis : quod nos interveniente sancta tua Cæcilia , cuius festivi-
tatem prævenimus , & perducat ad veniam ; & in perpetuam gratiarum constituat actionē. Per Dominum nostrum.

Communio.

Feci judicium & ju-
stitiam , Domine , non calumnientur mihi su-
perbi : ad omnia man-
data tua dirigebar : om-
nem viam iniquitatis odio habui.

Postcommunio.

Ibantes , Domine , mensæ tuæ beata mysteria , quæsumus : ut Martyris interventio-
ne sanctæ Cæciliæ , & præsentis nobis vitæ mi-
sericordiam conferas &
æternæ. Per Dominum nostrum.

LITANIA

LITANIÆ

MAJOR. E S,

In solemnibus Processionibus
recitandæ.



- | | |
|--|---|
| Y RIE elei-
son. | S ancta Dei genitrix ;
ora pro nobis. |
| C hriste ele-
ison. | S ancta virgo virginum ;
ora pro nobis. |
| K yrie elei-
son. | S ancte Michaël , ora.
S ancte Gábriél , ora. |
| C hriste audi nos. | S ancte Ráphaél , ora. |
| C hriste exaudi nos. | S ancti Angeli custódes |
| P ater de cœlis Deus ,
miserere nobis. | nostri , orate pro no-
bis. |
| F ili Redemptor mundi
Deus,miserere nobis. | S ancti Angeli Dioecé-
sis & Provinciæ no-
stræ protectores ,ora-
te pro nobis. |
| S píritus Sancte Deus ,
miserere nobis. | O mnes sancti Angeli
& Archángeli , ora-
te pro nobis. |
| S ancta Trinitas unus
Deus,miserere nobis. | O mnes sancti beatórum
spirituum órdines ,
orate pro nobis. |
| J esu Salvator , via , ve-
ritas & vita , mise-
rere nobis. | S ancte Joánnes Bap- |
| S ancta Maria , ora pro
nobis. | |

Q q

- tista, ora pro nobis.
- S**ancte Joseph, ora.
- S**ancti Pastores ad præ-
fēpe Domini, orate.
- S**ancti tres Magi, orat.
- O**mnes sancti Patriár-
chæ & Prophétæ,
orate pro nobis.
- S**ancte Petre, ora.
- S**ancte Paule, ora.
- S**ancte Andréa, ora.
- S**ancte Jacóbe, ora.
- S**ancte Joánnes, ora.
- S**ancte Thoma, ora.
- S**ancte Jacóbe, ora.
- S**ancte Philippe, ora.
- S**ancte Bartholomæe,
ora pro nobis.
- S**ancte Matthæe, ora.
- S**ancte Simon, ora.
- S**ancte Thadæe, ora.
- S**ancte Matthia, ora.
- S**ancte Bárnaba, ora.
- S**ancte Luca, ora.
- S**ancte Marce, ora.
- O**mnes sancti Apóstoli
& Evangelistæ, orate.
- O**mnes sancti Discípu-
li Dómini, orate.
- O**mnes sancti Innocén-
tes, orate.
- S**ancte Stéphane, ora.
- S**ancte Laurénti, ora.
- S**ancte Vincénti, ora.
- S**ancte Urbáne, ora.
- S**ancte Clare, ora.
- S**ancte Eugéni, ora.
- S**ancte Luci, ora.
- S**ancte Amarández, ora.
- S**ancte Priváte, ora.
- S**ancte Juliáne, ora.
- S**ancte Geórgi, ora.
- S**ancte Eutrópi, ora.
- S**ancte Marcélle, ora.
- S**ancte Saturnine, ora.
- S**ancte Blasi, ora.
- S**ancte Fructuóse, ora.
- S**ancte Genési, ora.
- S**ancte Caprási, ora.
- S**ancte Simphoriáne,
ora pro nobis.
- S**ancte Ferréole, ora.
- S**ancte Cyriace, ora.
- S**ancte Victor, ora.
- S**ancte Sigismünde, or.
- S**ancte Mammes, ora.
- S**ancte Hypólite, ora.
- S**ancte Christóphore,

- ora pro nobis. **S**ancti Ciryce & Julit-
- S**ancte Leónti, ora. **S**ancti Liberáte & Ju-
- S**ancte Antoníne, ora. **S**cunde, orate.
- S**ancte Simpliciáne, ora. **O**mnes sancti Márti-
- S**ancte Projécte, ora. **R**es, orate.
- S**ancte Marcelline, ora. **S**ancti Gáspare & Má-
- S**ancte Pantáleo, ora. **xime**, orate.
- S**ancte Quintíne, ora. **S**ancte Silvéstter, ora.
- S**ancti Fabiáne & Se-
bastiáne, orate. **S**ancte Gregóri, ora.
- S**ancti Joánnes & Pau-
le, orate. **S**ancte Ambrósí, ora.
- S**ancti Cosma & Da-
miáne, orate. **S**ancte Augustíne, ora.
- S**ancti Gervási & Pro-
táli, orate. **S**ancte Hierónyme, or.
- S**ancte Valeriáne cum
sociis tuis, orate. **S**ancte Nicolác, ora.
- S**ancte Dionysí cum
sociis tuis, orate. **S**ancte Salvi, ora.
- S**ancte Theodefride, or.
or. **S**ancte Diogeniáne, or.
- S**ancte Paschális, ora.
- S**ancte Desidéri, ora.
- S**ancte Lupe, ora.
- S**ancte Africáne, ora.
- S**ancte Amánti, ora.
- S**ancte Lázare, ora.
- S**ancte Martiális, ora.
- S**ancte Claudi, ora.
- S**ancte Dalmáti, ora.
- S**ancte Hilári, ora.
- S**ancte Exupéri, ora.

- Sancte Medárde , ora. tes & Levitæ, orate.
 Sancte Eligii , ora. Omnes sancti Mónachi
 Sancte Ponci , ora. & Eremitæ , orate.
 Sancte Orienti , ora. Omnes sancti Confes-
 Sancte Ludovice , ora. sòres , orate.
 Sancte Cárole , ora. Sancta Anna , ora.
 Sancte Franciscæ , ora. Sancta Maria Magda-
 Omnes sancti Pontifi- léna , ora.
 ces & Doctóres , Sancta Cæcilia , ora.
 orate pro nobis. Sancta Cæcilia , inter-
 Sancte Antóni , ora. cede pro nobis.
 Sancte Benedicte , ora. Sancta Agatha , ora.
 Sancte Bernárde , ora. Sancta Lúcia , ora.
 Sancte Dominice, ora. Sancta Agnes , ora.
 Sancte Franciscæ , ora. Sancta Catharína , ora.
 Sancte Károle , ora. Sancta Anastásia , ora.
 Sancte Ludovice , ora. Sancta Martiána , ora.
 Sancte Anatóli , ora. Sancta Charissima , ora.
 Sancte Roche , ora. Sancta Sigoléna , ora.
 Sancte Eusébi , ora. Sancta Hélena , ora.
 Sancte Robérte , ora. Sancta Margarita , ora.
 Sancte Gerárde , ora. Sancta Quittéria , ora.
 Sancte Egidi , ora. Sancta Fides , ora.
 Sancte Leonárde , ora. Sancta Radegündis , or.
 Sancte Yvo , ora. Sancta Bárbara , ora.
 Sancte Ignáti , ora. Sancta Genovéfa , ora.
 Sancte Joánnes de Ma- Sancta Exupéria , ora.
 tha , ora. Sancta Scholástica , ora.
 Omnes sancti Sacerdó- Sancta María Ægyptia ,

- ora pro nobis. **A**b imminéntibus pe-
Sancta Praxédis, ora. riculis, libera.
Sancta Clara, ora. **A**peste, fame & bel-
Sancta Therésia, ora. lo, libera.
Sanctæ Maria, Joánnæ,
 & Salóme, orate. **A**subitánea & impro-
 vísa morte, libera.
Sancta Ursula cum só-
 ciis tuis, orate. **A**b insídiis diáboli, li-
 bera nos Dómine.
Sanctæ Eulália & Va-
 leria, orate. **A**b ira, & ódio, & om-
 ni mala voluntáte,
Sanctæ Colúmba &
 Florentiána, orate. libera nos Dómine.
Omnes sanctæ Virgi-
 nes & Víduæ, orate. **A**spiritu fornicatiónis,
 libera nos Dómine.
Omnes sancti & sanctæ
 Diœcésis & Provin-
 ciæ nostræ, orate. **A**fulgure & tempestá-
 te, libera nos.
Omnes sancti & sanctæ
 Dei, intercédite pro
 nobis. **A**morte perpétua, li-
 bera nos Dómine.
Propítius esto, parce
 nobis Dómine. **P**er mystérium sanctæ
 Incarnatiónis tuæ, lib.
Propítius esto, exaudi
 nos Dómine. **P**er advéntum tuum,
Ab omni malo, libera
 nos Dómine. libera nos Dómine.
Ab omni peccáto, li-
 bera nos Dómine. **P**er crucem & passió-
Ab ira tua, libera. nem tuam, libera.
Per mortem & sepultú-

- ram tuam ; libera.
Per sanctam resurrec-
tiōnem tuam , libera.
Per admirabilem ascen-
sionem tuam , libera.
Per adventum Sp̄iritūs
sancti Paracleti , lib.
In die Judicij , libera.
Peccatores , Te rogá-
mus audi nos.
Ut nobis parcas , Te
rogámus audi nos.
Ut nobis indúlgeas , Te
rogámus audi nos.
Ut ad veram pœnitén-
tiam nos perducere
dignérис , Te rogám.
Ut Ecclésiam tuam san-
ctam régere & con-
servare dignérис , Te
rogámus audi nos.
Ut dominum Apostoli-
cum & omnes Eccle-
siásticos órdines in
sancta religióne con-
servare dignérис , Te
rogámus audi nos.
Ut dominum Antisti-
tem nostrum Cárolū
custodire dignérис ;
Te rogámus audi nos.
Ut inimicos sancte Ec-
clésiae humiliare dig-
nérис , Te rogámus.
Ut sancte Ecclésiae fi-
dem propagare dig-
nérис , Te rogámus.
Ut Regem nostrum Lu-
dovicum salvū & in-
columē conservare &
custodire dignérис ,
Te rogámus audi nos.
Ut Régibus & Princi-
pibus christiánis pacē
& veram concórdiā
donare dignérис , Te
rogámus audi nos.
Ut cuncto pôpulo chri-
stiâno pacem & uni-
tatem largiri digné-
ris , Te rogámus.
Ut nosmet ipsos in tuo
sancto servitio con-
fortare & conservare
dignérис , Te rogámus.
Ut mentes nostras ad
cœlestia desidéria éri-
gas , Te rogámus.

Ut ómnibus benefactó-
ribus nostris sépitérna
bona retríbuas, Te
rogámus audi nos.

Ut animás nostras, fra-
trum, propinquórū &
benefactórū nostrórū
ab ætérra dánatione
erípias, Te rogámus.

Ut fructus terræ dare,
& conserváre digné-
ris, Te rogamus.

Ut ómnibus fidélibus
défunctis réquié æté-
nam donáre dignérís,
Te rogámus audi nos.

Ut nos exaudire digné-
ris, Te rogámus.

Fili Dei, Te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, Par-
ce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, Exau-
di nos Dómine.

Agnus Dei, qui tollis
peccáta mundi, Mi-
serére nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie élison.

Christe élison.

Kyrie élison.

Pater noster. *Secretò.*

Y. Et ne nos indúcas
in tentatióne.

R. Sed libera nos à
malo.

Psalmus 69.

Deus in adjutóriū
meum inténde: *
Dómine ad adjuvándū
me festina.

Cconfundántur & reve-
réantur, * qui quærunt
ánimam meam.

Avertántur retrórsum,
& erubéscant, * qui
volunt mihi mala.

Avertántur statim eru-
bescéntes, * qui dicunt
mihi, Enge euge.

Exultent, & läténtur in
te omnes qui quærunt
te, * & dicant semper:
Mágnicétur Dóminus:
qui diligít salutare tuū.

Ego veró egénus &

- pauper sum : * Deus terra , & non tradat
áduja me. eum in ánimam inimi-
córū ejus.
- A**djútor meus & libe-
rátor meus es tu : * **S**alvum fac Antí-
Dómine ne moréris. **t**item nostrum Cáro-
Glória Patri. **l**um.
- V.** Salvos fac servos **D**eus meus, sperán-
tuos. **t**em in te.
- R.** Deus meus sperán-
tes in te. **V.** Dómine salvum fac
turris fortitúdinis. **R.** Et exaudi nos in die
A fácie inimici. **V.** Regem nostrum Ludo-
Nihil proficiat ini-
micus in nobis. **V.** Orémus pro benefac-
tóribus nostris.
- V.** Et filius iniquitátis **R.** Retribuére dignáre,
non appónat nocére **D**ómine , ómnibus no-
nobis. **bis bona faciéntibus**
V. Dómine non secún-
dùm peccáta nostra fá-
cias nobis. **p**ropter nomen tuum
vitam æternam. Amen.
- R.** Neque secundùm **V.** Orémus pro fidéli-
iniquitátes nostras retrí-
buas nobis. **b**us defunctis.
- V.** Orémus pro Pontí-
fice nostro. **N.** **R.** Réquiem ætérnām
Dóminus consérvet dona eis Dómine , &
eum , & vivificet eum , lux perpétua lúceat eis.
- R.** & beátum fáciat eum in **V.** Requiéscant in pace.
- R.** Amen. **V.** Pro frátribus nostris
abséntibus.

R. Salvos fac servos
tuos, Deus meus, spe-
rántes in te.

R. Mitte eis Dómine
auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

R. Dómine exaudi ora-
tionem meam.

R. Et clamor meus ad
te veniat.

R. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.
Orémus.

Deus, cui própriū
est miseréri sem-
per & párcere: súscipe
deprecationem nostrā;
ut nos & omnes fámu-
los tuos, quos delictó-
rum caténa constringit,
miserátio tuæ pietatis
cleménter absolvat.

Exaudi, quæsumus
Dómine, súpli-
cum preces, & confi-
téntium tibi parce pec-
cátis: ut páriter nobis
indulgéntiam tribuas
benignus & pacem.

INeffábilem nobis,
Dómine, misericór-
diam tuam cleménter
osténde: ut simul nos,
& à peccátis ómnibus
éxuas, & à pœnis, quas
pro his merémur, erí-
pias.

Deus, qui culpâ
offénderis, pœni-
tentiâ placáris: preces
pópuli tui supplicántis
propitius réspice, &
flagella tuæ iracundiæ,
quæ pro peccátis nostris
merémur, avérte.

OMnipótens sempí-
térne Deus, mi-
serére fámulo tuo Pon-
tifici nostro N. & dirí-
ge eum secundùm tuam
cleméntiam in viam sa-
lútis æternæ: ut te do-
nante tibi plácita cú-
piat, & totâ virtûte per-
ficiat.

OMnipotens sem-
pitérne Deus, qui
facis mirabilia magna

R r

solus : præténde super
fámulum tuú Cárolum
Antistitem nostrum , &
super cunctam congrega-
tionem illi commis-
sam, spíritum grátiæ sa-
lutaris ; & ut in veritá-
te tibi compláceat, per-
péatum ei rorem tuæ
benedictiōnis infunde.

Q Uæsumus omni-
potens Deus , ut
fámulus tuus Ludovicus
Rex noster , qui tuâ mi-
seratiōne suscépit regni
gubernacula , virtútum
étiam ómnijū percípiat
incremēta ; quibus de-
cénter ornátus , & vi-
tiórum monstra devitá-
re , hostes superare ; &
ad te qui via , véritas &
vita es , gratiósus vá-
leat pervenire.

D Eus , à quo sanc-
ta desidéria, recta
consilia , & justa sunt
ópera , da servis tuis il-
lam , quam mundus da-

re non potest , pacem :
ut & corda nostra man-
datis tuis dédita , & hóf-
tiūm sublátâ formidine,
témpora sint tua protec-
tióne tranquilla.

U Re igne sancti
Spíritus renes nos-
tres , & cor nostrum
Dómine : ut tibi casto
córpore serviámus , &
mundo corde placeá-
mus.

F Idélium Deus óm-
nium cónditor &
Redémptor , animábus
famulórum famularúm-
que tuárum remissió-
nem cunctórum tribue
peccatórum : ut indul-
gentiam , quam semper
optavérunt , piis suppli-
cationibus consequán-
tur.

A Ctiónes nostras ,
quæsumus Dómi-
ne , aspirándo præveni ,
& adjuvándo proséque-
re : ut cuncta nostra

oratio & operatio à te ómnibus sanctis tuis ,
semper incipiat , & per pietatis tuæ clementiam
te coepit finiatur.

O Mnipotens sem-
pitérne Deus, qui
vivórum domináris si-
mùl & mortuórum ,
omniúmque miseréris ,
quos tuos fide & opere
futúros esse prænoscis :
te súpplices exorámus ;
ut pro quibus effundere
preces decretimur ,
quosque vel præsens
sæculum adhuc in carne
rétinet , vel futúrum
jam exútos corpore sus-
cépit , intercedéntibus

rum véniam consequán-
tur. Per Dóminum nos-
trum Jesum Christum
Fílium tuum , qui.
¶. Dóminus vobiscum.
R. Et cum spíitu tuo.
¶. Exaudiat nos omni-
potens & misericors
Dóminus.

R. Amen.
¶. Et fidélium ánimæ
per misericordiam Dei
requiéscant in pace.

R. Amen.

ORATIONES

ET PRECES DICENDÆ PRO REVERENDISSIMO
Domino Archiepiscopo Albiensi.



N Litaniis dicitur :
Sanctorum postquam
licitum fuerit: Ut Dó-
num Apostolicum , &c. Et post ¶. R. & Ora-

Ut Antistitem nostrum
Carolum custodire digneris. Te rogamus audi nos.

tionem pro Papa, dicuntur y. & Oratio sequentes.

y. Salvum fac Antistitem nostrum Cárolum.

¶ Deus meus sperantem in te.

Oremus.

OMnipotens semipiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus : præténde super famulum tuum Cárolum Antistitem nostrū, & super cunctam Congregationem illi commissam, spíritum gratiæ salutáris ; & ut in veritáte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ benedictiōnis infunde. Per Dóminum.

Iidem y. & Ora-
tio dicuntur in aliis pré-
cibus & Officiis in qui-
bus dicenda est Oratio
pro R. D. Archiepisco-
po. Non tamen in Mis-
sa; in qua dicuntur Ora-

tiones positæ in Missali,
In Anniversario Electio-
nis, seu Consecrationis
Episcopi.

In Officio verò feriæ sextæ in Parasceve, imme-
diatè post Orationē
pro Papa, Sacerdos ce-
lebrans dicit Monitio-
nem & Orationem se-
quentes pro R. D. Ar-
chiepiscopo.

O Remus & pro Re-
verendissimo Pon-
tifice nostro Cárolo ; ut
Dóminus noster Jesus
Christus dirigat eum se-
cundùm cor suum, ad
regéndum & pascéndū
pópulum sibi créditum
in Ecclésia sancta Dei.

O remus. Flectámus
génua. ¶ Leváte.

OMnipotens semipiterne Deus, mi-
serere fámulo tuo Pon-
tifici nostro Cárolo, &
dirige eum secundùm
tuam cleméntiam in viâ

falutis æternæ : ut te
donante , tibi plácita
cúpiat , & totâ virtute
perficiat. Per Dóminū.

R. Amen.

ORATIO

PRO REGE.

*¶. Dómine salvum fac
Regem nostrum Ludovicum.*

*R. Et exaudi nos in die
quâ invocavérimus te.*

Cùm verò dicitur Antiphona , Dómine salvum fac Regem , &c. dicuntur *¶. & R. ut sequitur.*

*¶. Fiat manus tua super
virum déxteræ tuæ.*

*R. Et super filium hóminis quem confirmásti
tibi.*

Oremus.

Quæsumus omni-potens Deus , ut fámlius tuus Ludovicus Rex noster , qui tuâ miseratione suscépit regni gubernacula , virtutum

étiam ómnium percipiat increménta : quibus decénter ornátus , & vitiórum monstra devítare , hostes superáre ; & ad te qui via , véritas & vita es , gratíosus váleat pervenire. Per Christum.

ORATIO

Dicenda ad Processionem Generalem quæ fit post Vesperas in die Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis : Ex voto christianissimi Regis , felicis recordationis , LUDOVICI XIII.

In reditu Processionis ante Altare S. Mariæ Majoris , dicitur Antiphona :

Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei génitrix ; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus , sed à periculis cunctis libera nos semper , Virgo glo-

riosa & benedicta.

V. Deus judicium tuum
Regi da.

R. Et justitiam tuam si-
lio Regis.

Oremus.

Deus, Regum ac
Regnorum mode-
rator & custos, qui uni-
génitum Filium tuum
Dóminum nostrum San-
ctissimae Virginis Matri
in terris subditum esse
voluisti, ut in eo nobis
exemplum humilitatis
& obediéntiae præsig-
náres: Famuli tui Lu-
DOVICI Christianissimi
Francorum Regis vota
secundo favore profé-
quere; ut qui ejusdem
se Virginis tutelæ devó-

tâ sponsione cónsecrant,
perpetuae in hac vita
tranquillitatis, & æter-
næ libertatis in cœlo
præmia consequantur.
Per eundem Dóminum
nostrum Jesum Chris-
tum Filium tuum, qui
tecum vivit & regnat in
unitate Spíritus Sancti
Deus, per omnia sæcu-
la sæculorum.

R. Amen.


Deinde cantatur Psalmus 19. Exaudiat.

V. Domine salvum fac
Regem.

R. Et exaudi nos in die
quæ invocaverimus te.

Oremus.

Quæsumus omnipotens
Deus, &c. pag. 317.



INDEX.

- A** Gidii Abbat. 220. *Charissimæ v.* 230.
Africani Ep. 157. *Christofori m.* 202.
Amantii Ep. 297. *Ciryci & Julittæ marty-*
Amarandi m. 293. *rum.* 184.
Anatolii Ep. 188. *Clari Protopraefulis Al-*
Angelorum Custod. 255. *biensis, & m.* 171.
Angelorum Protectorum Susceptionis Reliquiarū
Diæcessis & Provinciae sancti Clari. 246.
Albiensis. 49. *Claudii Ep.* 181.
Antonini m. 221. *Crispini & Crispiniani*
mart. 274.
B Irgittæ vid. 260. *Apparitionis S. Crucis.*
Blasii Ep. & m. 101. *Inventionis S. Crucis cū*
Æciliae virg. & m. oct. 151.
cum oct. 1. *Octavæ Inventionis S.*
Primæ Inventionis san-
ctæ Cæciliæ. 102. *Chrysanthi & Dariæ mar-*
Secundæ Inventionis S. *tyrum.* 273.
Cæciliæ. 261.
Translationis Reliquiarū **D** Almatii Ep. 300.
sanctæ Cæciliæ. 203. *Dedicationis Bas-*
Vigiliæ S. Cæciliæ. 302. *lice Albiensis.* 145.
Cajetani conf. 207. *Desiderii Ep.* 80.
Caprasii m. 267. *Didaci conf.* 302.
Catharinæ Sen. v. 160. *Diogeniani Ep. Alb.* 78.

INDEX.

- | | | | |
|-------------------------------|------|---------------------------|------|
| E Ligi Ep. | 68. | Leontii Ep. | 266. |
| Eulalia v. & m. | 71. | Leonardi conf. | 291. |
| Eugenii Ep. & m. | 223. | Liberati, Iucundi, Co- | |
| Translationis Reliquiarū | | lumbæ & Florentianæ | |
| SS. Eugenii, &c. | 249. | mart. | 138. |
| Eutropii Ep. & m. | 151. | Lucii Papæ & m. | 112. |
| Exuperiae v. & m. | 260. | Lipi Ep. | 221. |
| | | Ludovici Ep. | 213. |
| F Erreoli m. | 245. | | |
| Fidis v. & m. | 255. | M Ammetis m. | 245. |
| Fructuosi Ep. & m. | 90. | Margaritæ v. & | |
| | | mart. | 196. |
| G Enesii m. | 217. | Mariæ Ægyptiæ. | 139. |
| Genovefæ v. | 89. | Mariæ, Iacobi & Sa- | |
| Georgii m. | 148. | lome. | 192. |
| Geraldi conf. | 261. | Mariæ Magdalene de | |
| | | Pazzis. | 170. |
| H Elenæ Imperatricis | | Martialis Ep. | 189. |
| 75. | | Martiana v. | 279. |
| Hyacinthi conf. | 212. | Medardi Ep. | 182. |
| J Uliani m. | 218. | N Icolai Tolentini | |
| Ivonis conf. | 165. | conf. | 245. |
| K Aroli magni. | 93. | O Rientii Ep. | 150. |
| L Azari à Christo sus- | | P Aschalis Papæ. | 160. |
| citati. | 84. | Patronorum Diace- | |
| Leodegarii Ep. & m. | 254. | sis & Provincia Al- | |
| | | biensis. | |

INDEX.

321

- bienſis. 284. *Inventionis sancti Ste-*
Pontii Ep. & m. 159. *phani,* 203.
Præjecti Ep. & m. 92.
Praxedis v. 92. **T** *Heodefridi Ep. Al-*
Privati Ep. & m. 215. **T** *biensis,* 109.
Pudentianæ v. 166. *Tiburtii Valeriani &*
Maximi, mm. 141.
- Q** *Vintini m.* 296.
Quiteriæ v. & m. 166.
- R** *Adegundis Reginæ* 207. *Translationis sancti Vin-*
Roberti Abbatis, 148. *centii;* 275.
Rochi Conf. 210. *Urbani Papa & m.* 166
Ursulae, Cletæ, Ama-
bilia & Crescentiæ,
Virg. & mm. 269.
- S** *Alvii Ep. Albiensis,* 235.
Elevationis corporis san-
cti Salvii 257. *Litanie Majores,* 305.
Saturnini Ep. & m. 68. *Orationes pro Reverend.*
Scolasticæ v. 107. *D. Archiepiscopo.* 315.
Sigismundi Regis &
mart. 149. *Oratio pro Rege.* 317.
Sigolene vid. 198. *Oratio in processione so-*
lemnii Assumptionis
B. M. Virg. 317.

FINIS.

benedictio sanctorum die pte
petri mact. 29 aprilis

v. ad portum nostrum te
R qui fecisti columnam et.
v. Domine exaudi nos
R et clamor noster te
Dominus obistum et laus tibi
orem

Domine per christum filium tuum benedic
obivas istas altiarumq; arborum sanas
supplicationibus nostris; et impunda eos
Domine per virtutem fidei crucis; et
per uerber lassionam socii petri martyrum
benedictionem lastestem qui eas ad
repellendas tembras humani generis
tribuisti taliumq; benedictionem signata
fides crucis accipiantibus qui libenter
sic posita faverint dico a spirituq;
terribilium; et contra misericordia fugient
cum omnibus misericordiis suis. De
habitacionibus illis; neque prosum ant
ampius inquietave aut... obestate
sacerdotes tibi omnia potestis deserviri
et regnas in sanctula servitorum.
aspergantur

Benedictio salis aquae et herbarum
quod sanitas animalibus a peccatis
egreditur mortalium opib; et
ut supra ostendit

deus invisibilis omnipotens et omniscens
pietatem tuam per sanctam utrem enduit
filii tui nomine supplicatione deprelata
et in has creaturas salis aquae et
herbarum benedictionem
et potentiam invisibilis tuae gratia

is fendas, et animalia quae necessitatibus
humanis tribuerit dignatus es cum ex
eis auferentur vel quae traxerint benedictio
et scientia. Quia ab omni aggritacione
elephantis in tempore protege nos
casus tuus cunctos evide

^{oratio}
majestatem tuam domine supplices
exorsus vel hoc animalia peccatores creaturas
Salis aquae herbas enim ab omni aggritacione
graffantis in tempore nominet te
atque tuas benedictiones visitate sciamta
et prosperem entur, et no[n] querantur in eis
et aufer latus omnis diabolus potestas et
nisi expellent te eis dominum, in eis deponit
vitam et res. Edicim sicut te per christum
dominum nostrum. aspergantur

benedictio animalium. ab supra

deus qui laboribus hominem atrox
de mites animalibus foliis a subrogasti
Supplices te rogamus, ut sine quibus
non aliter humanae conditio te
benedictionis visitare nos non possit
visib[il]e non posse. pro domini
aspergantur

benedictio bomborum. ab supra

^{oratio}
misericordiam tuam domine deus
omnipotens supplices exorsus visitate
bombum. Semina quovum opera sem
filia nostra libet hominis electio
operam ente tribue dignatus es
benedictionis tuae visitante forecantur
proinde que uocantur aliae post
modum a vagabibus bestiis ab
infirmitatibus ac malis, oculis hominem
et malaficiis et ab omniib[us] alii quibus
conveniunt modi. Bombiles destrui
possunt priorem benedictionem

festi invocacionem cui sanctis ini-
nominis et beato virginis maria
matris tuae favore. Be protectione
tegantur et augenter ut optima
et abundantissima filia euerit
per et virtutem dominum nostrum



510

